Digitized by Google

PARS PRIOR.

INSTITVTIONIS GRAMMATICÆ GRETSERI.

DE ARTE DECLINANDI GRÆCE' DIGESTA.

PRO SEXTANIS.

A P. Petro Gras Societ. IESV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVENIONE,
Ex Typographiâ P. OFFRAY, In Fore ſancti Deſiderij.

M. DC. LXV.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

LECTORI.

HANC Inſtitutionem Grammaticæ Græcæ in tres partes principes diuidendam exiſtimaui: vt accommodatior ſet ad captum eorum qui in ea inſtituun-ır, & diſtinctiori methodo traderetur.

Pars prior erit de Arte græcè decli-ndi, in qua traditur notitia græcarum clinationum per principia quædam com-ınia, quibus informatur non tam me-ria quàm intellectus, vt conſtabit ei qui ı ſtudiosè lectitauerit.

Hanc artem, quam potui, nudam ex-ıi & quaſi ſpoliatam omnibus iis dif-'tatibus quæ tenellis adhuc puerorum niıs facesſere ſolent aliquid negotij ·enım ſemel quaſi pedem fixere ın ſim-notıtia declinandi, facile deinde eſt

eos informare notitia pleniore difficultatum,quas facili negotio percipiunt , atque adeò diſtincta intelligentia earum imbuuntur, quem morem etiam in arte coniugandi ſum obſeruaturus. Has autem difficultates vel in notis vel in diſſertationibus expedio.

Huic additur notitia contractionis quæ verbis & nominibus communis eſt ; quam etiam ad artem reuocaui per principia communia vt videbitur exploranti.

Altera pars huius inſtitutionis erit de Arte Græcè coniugandi in qua traditur notitia Græcarum coniugationum per principia communia quæ artis huius erunt fundamenta.

Huic parti addita eſt notitia accentuum quæ ſuis etiam principiis nititur tanquam pars quædam peculiaris,Linguæ Græcè planè neceſſaria. Atque hæ duæ Principes partes iis potiſſimum vſui eſſe debent , qui inter Grammaticos tirones adhuc militant.

Tertia pars Humaniſtarum & Rheto-

rum propria erit Syntaxis & Proſodia, vbi de dialecticis & licentiis poëtarum fusè diſputatur. In his omnibus non induco nouam Græcæ Linguæ Grammaticam, quod nemini fas eſt: nec enim licet abire ab autoritatibus, & vſu veterum Autorum, imo & Grammaticorum, ſed antiquis inhærens Grammaticorum & Autorum veſtigiis veterem Grammaticam noua forma circumueſtitam noua methodo propono.

Hanc nouam Grammaticæ Græcæ diſcendæ methodum induxi eo conſilio, vt difficultati obuiam irem quam inuehit intricata tot declinationum veteris Grammaticæ ſimplicium contractarum, tam multiplicata congeries; tot coniugationum barytonarum, circumflexarum, anomalarum inextricabilis penè labyrintus. De quibus omnibus, ſi velis pleniùs informari, adi amabo diſſertationes de numero declinationum, & de numero coniugationum, in quibus ſententiam meam penitùs

aperio. Si quid ſit quod minùs arrideat, velim tamen meum ad communem vtilitatem aliquid afferendi conſilium & conatum, ames & valeas.

LITERÆ

LITERÆ GRÆCORVM.

Figura,			Nomen,	Poteſtas.
Α	α	ἄλφα	Alpha	a.
Β	βϐ	βῆτα	Béta	b.
Γ	γ ϒ	γάμμα	Gamma	g.
Δ	δ	δέλτα	Delta	d.
Ε	ε	ἐψιλὸν	E paruum	e bre,
Ζ	ζ ζ	ζῆτα	Zeta	z, ds.
Η	η	ἦτα	E'ta	e long.
Θ	θ ϑ	θῆτα	Théta	th.
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	i.
Κ	κ	κάππα	Cappa	κ, c.
Λ	λ	λάμβδα	Lambda	l.
Μ	μ	μῦ	My	m.
Ν	ν	νῦ	Ny	n.
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	x.
Ο	ο	ὀμικρὸν	O paruum	o bre.
Π	ϖ π	πῖ	Pi	p.
Ρ	ϱ ρ	ῥῶ	Rho	r.
Σ	ς σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ.
Τ	τ 7	ταῦ	Tau	t.
Υ	υ	ὐψιλὸν	Y paruum	y , u Gallicũ
Φ	φ	φῖ	Phi	ph.
Χ	χ	χῖ	Chi	ch.
Ψ	ψ	ψῖ	Pſi	pſ.
Ω	ω	ὠμέγα	O magnum	o long.

PROGYMNASMATA

Ad artem Græcè declinandi.

Hic ea propono quæ tironibus neceſſaria ſunt, ſeu ad rationem legendi, ſeu ſcribendi, ſeu etiam pronuntiandi Græcas dictiones: vnde de litteris ſtatim agitur, de vocalibus, de diphthongis, de accētibus, de ſpiritibus quantum ſatis eſt iis qui Græcam Linguam de limine ſalutant; vt autem faciliori methodo tradatur hæc inſtitutio; interrogationibus & reſponſionibus expedietur.

PRIMVM.

I. Quot ſunt literæ apud Græcos?
R. Viginti quatuor.
I. Quomodo diuiduntur hæ viginti quatuor literæ?
R. In vocales & conſonas.

SECVNDVM.

De Vocalibus.

I. Quot ſunt Vocales?
R. Septem α, ε, ι, ο, υ, η, ω,
I. Quomodo diuiduntur hæ ſeptem Vocales?
R. In tres partes; in longas η, ω. In breues ε, ο. In communes, α, ι, υ.
I. Cur appellantur longæ, breues, & communes?
R. Longæ dicuntur, quia æquiualent duabus breuibus; ω. nimirum duabus ο, ο: η, duabus ε, ε. Breues dicuntur, quia vnico momento pronuntiantur, ſicut longæ duobus: communes, quia ex pictura, nec longæ ſunt, nec breues.

TERTIVM.

De Diphthongis.

Ex his vocalibus componuntur eæ litteræ compoſitæ quæ appellantur diphthongi, de quibus modo agitur.

I. Quid eſt diphthongus?

R. Eſt coniunctio duarum vocalium ad vnum penè ſonum.

I. Quomodo diuiduntur diphthongi?

R. In ſeptem proprias, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, υι. Et improprias tres ᾳ, ῃ, ῳ.

I. Quare appellantur propriæ? quare impropriæ?

R. Appellantur propriæ, quia vtriuſque vocalis, ex qua componuntur, ſonum aliquem edunt. Impropriæ autem dicuntur, quia ſimplici ſono efferuntur.

I. Nihil dixiſti de ηυ, & ωυ.

R. Non eſſe diphthongos, linguæ communis, ſed ηυ, eſſe dialecti Atticæ; & ωυ, dialecti Ionicæ.

QVARTVM.

De Conſonis.

I. Quot ſunt conſonæ

R. Septem decim.

I. Quomodo diuiduntur?

R. In quatuor partes. In mutas; In liquidas, In duplices, & in σ.

I. Quot ſunt mutæ? B

R. Nouem. π, κ, τ, β, γ, δ, φ, χ, θ.
I. Quomodo diuiduntur mutæ?
R. In tres partes. In tenues. π, κ, τ. In medias. β, γ, δ. In aſpiratas, φ, χ, θ.
I. Quare ſic appellantur?.
R. Appellantur tenues, quia tenuiſſimo ſpiritu pronunciantur : mediæ quia mediocri ſpiritu pronuntiantur, inter tenues & aſpiratas: aſpiratæ demum, quia maiori omnium ſpiritu pronuntiantur.
I. Quot ſunt conſonæ liquidæ?
R. Quatuor, λ, μ, ν, ρ.
I. Quot ſunt duplices?
R. Tres, ζ, ξ, ψ.
I. Cur appellantur duplices?
R. Quia compoſita ex duplici conſona & illis æquiualent.
I. Explica?
R. ζ, fit ex δ, & σ, ξ, fit ex κ, & σ. ψ, fit ex π, & σ Vide diſſertationem de litteris.

QVINTVM.

De Accentibus.

I. Quid eſt accentus?
R. Eſt menſura ſyllabæ ad pronunciationem.
I. Quotuplex eſt accentus?
R. Tiplex, acutus, grauis, & fle ... s
I. Quis eſt accentus acutus?
R. Eſt ille qui attollit ſyllabam in pronunciando vt apud Gallos præteritum, *i'ay chanté*, formatur ſic, vt λόγος.

I. Quis eſt accentus grauis?
R. Eſt ille qui deprimit ſyllabam in pronunciando, vt apud Gallos, *ie chante* : formatur ſic vt *τιμὴ*.
I. Quis eſt accentus flexus?
R. Eſt is qui ſimul attollit, & deprimit ſyllabam, in pronunciando, vt apud Gallos fœmininum participij *chantée*, formantur vt *s* ſupinum vt *μῦσα*.
I. Debetne notari aliquis accentus in omni dictione græca?
R. Omnis dictio græca notari debet vnico tantum accentu vel acuto vel graui, vel flexo, exceptis paucis monoſyllabis.

SEXTVM.

DE SPIRITIBVS.

I. Quid eſt ſpiritus?
R. Eſt nota litteræ aſpiratæ.
I. Quotuplex eſt ſpiritus?
R. Duplex aſper & lenis.
I. Quis eſt ſpiritus aſper?
R. Eſt ille qui litteram notat magno ſpiritu pronunciandam, vt apud Gallos, *la harangue*, apud Græcos ὁτῦοδ\\ωρ; qui formatur, vt virgula aduerſa ſeu vt c Latinum.
I. Quis eſt ſpiritus lenis?
R. Eſt ille qui literam notat leni ſpiritu pronunciandam: vt apud Gallos, *l'honneur*, apud Græcos ἐγὼ, formatur autem vt virgula.
I. Vbinam collocari debet ſpiritus?
R. Omnis dictio græca, quæ incipit à vocali,

velà diphthongo,vel à conſona ρ, notari debet aliquo ſpiritu,in prima illa litera à qua incipit, Ita ἀγαθὸς,bonus,οὐρανὸς,Cœlum,ῥώμη,robur.
I .Quid fiet ſi ρ ſit in media dictione ?
R. Si ſit ſimplex ρ non notabitur ſpiritu , vt ἄρτος panis ſi verò ſit duplex ρρ, primum notabitur leni ſpiritu ſecundum notabitur aſpero vt,πύῤῥος,ruffus.

PRINCIPIA

Ad Artem declinandi.

I. Quot ſunt partes orationis apud Græcos?
R. Octo , articulus , nomen , pronomen , verbum,participium,aduerbium,præpoſitio, coniunctio.
I. Quot ſunt caſus apud Græcos?
R. Quinque,nominatiuus,genitiuus , datiuus, accuſatiuus,vocatiuus,ablatiuo carent.
I. Quot ſunt numeri apud Græcos?
R Tres ſingularis,dualis,& pluralis.

DE ARTICVLO.

I. Quid eſt articulus græcus?
R. Eſt pars orationis, quæ vel proponitur ſubſtantiuis,vt apud Gallos fieri ſolet,vel poſtponitur more relatiui.
I. Quotuplex eſt articulus græcus?
R. Duplex, alter præpoſitiuus, alter ſubiunctiuus.
I. Quis eſt articulus præpoſitiuus?

R. Eſt

R. Eſt is qui præponitur nominibus ſubſtantiuis,& eſt vnicus ὁ, ἡ, τὸ, ſignificans hic, hæc, hoc.

I. Declina.

R.	Singulariter.		
Nom.	ὁ, hic	ἡ, hæc,	τὸ, hoc.
Genit.	τοῦ,	τῆς,	τοῦ,
Dat.	τῷ,	τῇ,	τῷ,
Acc.	τὸν,	τὴν,	τὸ,
Voc.	ὦ,	ὦ,	ὦ,

Dualiter.

N.A.V.	τὼ, hi duo,	τὰ, hæ duæ,	τὼ, hæc duo
G.D.	τοῖν,	ταῖν,	τοῖν.

Pluraliter.

Nom.	οἱ, hi,	αἱ, hæ,	τὰ, hæc.
Gen.	τῶν,	τῶν,	τῶν
Dat.	τοῖς,	ταῖς,	τοῖς,
Acc.	τοὺς,	τὰς,	τὰ
Voc.	ὦ,	ὦ,	ὦ,

I. Cur dixiſti in vocatiuis ſemper ὦ?

R. Quia articuli vocatiuo carent, ſed loco illius vtuntur aduerbio vocandi ὦ., in omni numero ſingulari, duali, & plurali.

I. Quis eſt articulus ſubiunctiuus?

R. Eſt is qui tenet locum relatiui, & eſt vnicus ὅς, ἥ, ὅ, ſignificat qui, quæ, quod.

I. Declina.

R.	Singulariter.		
Nom.	ὅς, qui,	ἥ, quæ,	ὅ, quod.
Gen.	οὗ,	ἧς,	οὗ,
Dat.	ᾧ,	ᾗ,	ᾧ,
Acc.	ὅν,	ἥν,	ὅ,
Voc.	ὦ,	ὦ,	ὦ,

Dualiter.

N.A.V.	ὤ, qui duo,	ὤ, quæ duæ,	ὤ, qua duo.
G.D.	οἷν,	αἷν,	οἷν,

Pluraliter

Nom.	ἅ, qui,	αἵ, quæ,	ἅ, qua.
Gen.	ὧν,	ὧν,	ὧν,
Dat.	οἷς,	αἷς,	οἷς,
Acc.	οὕς,	ἅς,	ἅ,
Voc.	ὦ,	ὦ,	ὦ,

I. Quid differt articulus præpoſitiuus nominatiui ſingularis & pluralis ab articulo ſubiunctiuo?

R. In eo quod articulus præpoſitiuus in nominatiuo ſingulari & plurali caret accentu, at ſubiunctiuus vbique habet accentum ὁ, hic, ὅ, quod, ἡ, hæc, ἥ, quæ, οἱ, hi, οἵ, qui, αἱ, hæc, αἵ, quæ.

Nota articulum ſubiunctiuum formari a præpoſitiuo, ablata litera τ, in omni caſu; & notari vtrumque ſpiritu aſpero, in omni caſu qui incipit à vocali.

DE

DE ARTE
DECLINANDI.

I. Quotuplex eſt declinandi modus apud Græcos?
R. Duplex, Pariſyllabus & impariſyllabus.

DE PARISYLLABIS.

I. Quis eſt modus declinandi patiſyllabus?
R. Eſt is qui in omni caſu ſequitur terminationes articuli ſubiunctiui ὅς, qui, vel ἥ, quæ, ὅ quod
I. Eſt Igitur triplex declinandi modus pariſyllabe?
R. non; ſed duplex tantum, nam alia nomina declinantur ſecundum terminationes articuli maſculini ὁ. qui: & illa dicuntur declinari maſculinè. Alia ſecundum terminationes articuli fœminini ἡ, quæ, & illa dicuntur declinari fœmininè.
I. Quid de illis; quæ declinantur ſecundum articulum neutrum τὸ, quod?
R. Illa declinari maſculinè, exceptis paucis caſibus, de quibus dicetur, dum de neutris.

DE

Dualiter.

N.A.V.	ὥ, qui duo,	ὥ, quæ duæ,	ὥ, qua duo.
G.D.	οἷν,	αἷν,	οἷν,

Pluraliter

Nom.	ἅ, qui,	αἵ, quæ,	ἅ, qua.
Gen.	ὧν,	ὧν,	ὧν,
Dat.	οἷς,	αἷς,	οἷς,
Acc.	οὕς,	ἅς,	ἅ,
Voc.	ὦ,	ὦ,	ὦ,

I. Quid differt articulus præpoſitiuus nominatiui ſingularis & pluralis ab articulo ſubiunctiuo?

R. In eo quod articulus præpoſitiuus in nominatiuo ſingulari & plurali caret accentu, at ſubiunctiuus vbique habet accentum ὁ, hic, ὅ, quod, ἡ, hæc, ἥ, quæ, οἱ, hi, οἵ, qui, αἱ, hæc, αἵ, quæ.

Nota articulum ſubiunctiuum formari a præpoſitiuo, ablata litera τ, in omni caſu; & notari vtrumque ſpiritu aſpero, in omni caſu qui incipit à vocali.

DE

DE ARTE DECLINANDI.

I. Quotuplex eſt declinandi modus apud Græcos?
R. Duplex, Pariſyllabus & impariſyllabus.

DE PARISYLLABIS.

I. Quis eſt modus declinandi pariſyllabus?
R. Eſt is qui in omni caſu ſequitur terminationes articuli ſubiunctiui ὅς, qui, vel ἥ, quæ, ὅ quod
I. Eſt Igitur triplex declinandi modus pariſyllabe?
R. non; ſed duplex tantum, nam alia nomina declinantur ſecundum terminationes articuli maſculini ὁ. qui: & illa dicuntur declinari maſculinè. Alia ſecundum terminationes articuli fœminini ἥ, quæ, & illa dicuntur declinari fœmininè.
I. Quid de illis; quæ declinantur ſecundum articulum neutrum ὅ, quod?
R. Illa declinari maſculinè, exceptis paucis caſibus, de quibus dicetur, dum de neutris.

DE DECLINATIONE Maſculina.

I. Quæ nomina debent declinari maſculinè?
R. Illa omnia nomina græca, quæ terminantur in ος, ſeu maſculina ὁ θεὸς, Deus; ſeu fœminima vt ἡ νῆσος, inſula; ſeu communia vt ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, homo. De neutris in ος, dicetur inferius, quia declinantur impariſyllabè.
I. Da exemplum & declina.

R.		Singulariter		ἑνικῶς
Nom.	ὁ	λόγος ſermo,	ὅς	ὀνομαστικὴ
Gen.	τοῦ	λόγου	οῦ	γενικὴ
Dat.	τῷ	λόγῳ	ῷ	δοτικὴ
Acc.	τὸν	λόγον	ὅν	αἰτιατικὴ
Voc.	ὦ	λόγε.		κλητικὴ
		Dualiter		Δυικῶς
N.Ac.	τὼ	λόγω duo ſermones:	ώ	
G.D.	τοῖν	λόγοιν	οῖν.	
		Pluraliter		πληθυντικῶς
Nom.	οἱ	λόγοι ſermones	οἵ	
Gen.	τῶν	λόγων	ῶν	
Dat.	τοῖς	λόγοις	οις	
Acc.	τοὺς	λόγους	οὕς	
Voc.	ὦ	λόγοι		

OBSER

OBSERVATIO.

Caſus Græci ponuntur in fœminino ὀνομαστική. quia caſus dicitur πτῶσις fœminini generis; ἡ πτῶσις ὀνομαστική, caſus nominatiuus; & ita de aliis.

DE DECLINATIONE.
Fœminina.

I. Quæ nomina græca declinari debent fœmininè?
R. Illa ſunt quatuor terminationum.

1. Omnia nomina in η, vt τιμὴ honor; quæ omnia fœminina ſunt.

2. Omnia terminata in α fœminina, vt μοῦσα muſa; nam neutra in α declinantur impariſyllabè.

3. Quædam maſculina in ης, vt χρύσης chryſes; & quædam in ας, vt νεανίας adoleſcens.

OBSERVATIO.

Neutra in α, ſunt omnia terminata in μα; vnde omnia nomina græca non terminata in μα, quæ terminantur in α, ſunt fœminini generis, & declinantur fœmininè, ſi vnicum τόλμα audacia, excipias, quod fœmininum eſt pariſyllabum. Vide diſſertationem de genere nominum Græcorum.

I. Da exemplum nominis declinationis fœmininæ & declina.

R. Singulariter.

N.	ἡ	τιμὴ honor	ῆ	ἡ	ἡμέρα dies	
G.	τῆς	τιμῆς	ῆς	τῆς	ἡμέρας	

D.	τῇ	τιμῇ,	ῇ	τῇ	ἡμέρᾳ
Ac.	τὴν	τιμὴν	ἣν	τὴν	ἡμέραν
Vo.	ὦ	τιμὴ		ὦ	ἡμέρα.

Dualiter.

N. A.	τὰ	τιμὰ duo honores	ὢ	τὰ ἡμέρα duo dies & reliqui caſus
G. D.	ταῖν	τιμαῖν	αῖν	dualis & pluralis vt τιμή.

Pluraliter.

N.	αἱ	τιμαὶ honores	αἱ
G.	τῶν	τιμῶν	ῶν
D.	ταῖς	τιμαῖς	αῖς
Ac.	τὰς	τιμὰς	ἃς.
Vo.	ὦ	τιμαὶ	

I. Omnia nomina græca quatuor illarum terminationum, in η, in α fœmininum in αι & ης maſculina, debentne declinari vt τιμὴ? vel vt ἡμέρα?

R. In duali & plurali eodem planè modo declinari debent vt τιμή.

I. In ſingulari quid eſt differentiæ?

R. Nomina maſculina in ης, declinari debent planè vt τιμὴ, vnico excepto genitiuo, qui ſeruat terminationem articuli maſculini ȣ, τȣ̃ χρύσȣ; in aliis planè vt τιμή.

I. Nomina maſculina in ας, quid habent differentiæ?

R. Declinari debent in ſingulari vt ἡμέρα, excepto vnico genitiuo qui ſeruat terminationem articuli maſculini ȣ, τȣ̃ νεανίȣ in aliis planè vt ἡμέρα.

I. Nomina in α quid habent differentiæ?

R. Si ſint in δα vel θα vel ρα vel α purum declinantur vt ἡμέρα ſeruato α in ſingulari vt λήδα Leda ἄκανθα ſpina, καθαρὰ pura φιλία amicitia.

Alia omnia terminata in α ſeruant α in tribus tantum caſibus ſingularis nominatiui, accuſ. vocat. vt μοῦσα, muſa τῆς μούσης τῇ μούσῃ τὴν μοῦσαν ὦ μοῦσα.

Hæc omnia nomina; ſeu in ας, ſeu ης, ſeu in α declinantur in duali & plurali planè vt τιμή.

DE NEVTRIS.

I. Neutra quomodo declinantur?

R. Neutra ſubſtantiua in ον, declinantur vt nomina maſculina in ος, τὸ μῆλον pomum vt ὁ λόγος.

I. Eſt ne aliquid differentiæ?

R. In duobus differunt.

Primò, quia in omni numero ſingulari, duali, & plurali habent tres caſus ſimiles, ſicut apud Latinos, nominatiuum, accuſatiuum, & vocatiuum.

Secundò, quia omnia nomina neutra in plural terminantur in α, τὸ μῆλον pomum ac. τὸ μῆλον voc. ὦ μῆλον, plur. τὰ μῆλα acc. τὰ μῆλα, cæteri caſus formantur vt λόγος.

I. Nomina neutra adiectiua quomodo declinantur?

R. Neutrum cuiuſcumque adiectiui ſeu nomen ſit, ſeu pronomen, ſeu participium declinatur ſicut maſculinum; niſi quod habet ſemper tres caſus ſimiles & plurale in α.

OBSERVATIO.

Reliqua, quæ pertinent ad nomina neutra explicabuntur, inferiùs, dum de adiectiuis agetur.

COMMVNIA CASIBVS Singulis.

DE GENITIVO.

I. Eſtne aliquid commune genitiuis omnibus?
R. Omnes genitiui plurales ſeu nominum, ſeu pronominum, ſeu participiorum terminantur in ων per ω, nullo excepto, vt τῶν θεῶν Deorum, τῶν τιτάνων titanum; τῶν ἐκείνων illorum; τῶν πειθόντων perſuadentium.

I. Eſtne aliquid commune genitiuis dualibus?
R. Omnes genitiui declinationis fœmininæ terminatur in αιν per αι, vt ταῖν τιμαῖν, ταῖν μούσαιν, τοῖν χρύσαιν.

Omnis alius genitiuus dualis ſeu declinationis pariſyllabæ ſeu in pariſyllabæ terminatur in οιν per οι, vt τοῖν λόγοιν, τοῖν τιτάνοιν τοῖν πειθόντοιν.

DE DATIVO.

I. Eſtne aliquid commune datiuis omnibus?
R. Character omnis datiui eſt iota in ſyllaba finali vel adſcriptum vt τῷ τιτᾶνι, vel ſubſcriptum, vt τῷ λόγῳ, τῇ τιμῇ, τῷ νεανίᾳ. In omni numero & declinatione.

I. Nulluſne datur datiuus ſine iota in ſyllaba finali?

R. Nullus nec in ſingulari, nec duali, nec in plurali; vnde in declinatione maſculina ſemper ω habet iota ſubſcriptum, vt τῷ θεῷ Deo, in declinatione fœminina, η & α datiui habent iota ſubſcriptum, τῇ τέχνῃ arti; τῇ ἡμέρᾳ diei. In duali eſt αιν vel οιν & in contractis ῳν cum iota ſubſcripto in plurali eſt αις, vel οις, vel σι.

DE ACCVSATIVO.

I. Quid eſt commune accuſatiuis?

R. In declinatione pariſyllaba ſeu maſculina, ſeu fœminina accuſatiuus ſeruat accentum & ſyllabam nominatiui, & terminatur in ν. vt ὁ λόγος ſermo, τὸν λόγον ſermonem, ἡ μοῦσα muſa, τὴν μοῦσαν muſam; ὁ νεανίας, τὸν νεανίαν, adoleſcentem.

DE VOCATIVO.

I. Eſtne aliquid commune vocatiuis?

R. In omni declinatione ſeu pariſyllaba ſeu impariſyllaba vocatiuus dualis & pluralis ſemper eſt ſimilis nominatiuo, nullo excepto.

I. Eſtne aliquid ſingulari vocatiuo particulare?

R. In declinatione maſculina ſemper terminatur in ε vt ὁ λόγος ὦ λόγε ſermo.

In declinatione fœminina ſeruat ſyllabam vltimam nominatiui ablato σ ſi ſit, νεανίας ὦ νεανία χρύσης ὦ χρύση.

Hic poterit incipere Præceptor exercere pueros ad praxim declinationis pariſyllabæ & articulorum: ſine

praxi enim modicus eſt fructus, & facilis obliuio eorum quæ iam memoriter tenent. Praxis autem erit hæc. Dictet Præceptor ad finem ſcriptionis Gallicæ, quatuor tantum vocabula latina nominum pariſyllaborum, quæ ſeliget in Onomaſtico.

V.g. Ars dei ἡ τέχνη τοῦ θεοῦ.

Honor virtutis ἡ τιμὴ τῆς ἀρετῆς.

Docendi vero ſunt pueri quærere in Onomaſtico ſingula vocabula.

2. *Ponere articulos ad omnia ſubſtantiua in omni caſu.*

3. *Ponere accentus in articulis quia ſemper iidem ſunt.*

4. *Ponere in nominibus ſpiritus & accentus quos reperiunt in Onomaſtico.*

5. *Corrigendæ ſemper ſcriptiones vt latinæ ita & græcæ, alioqui nullus eſt fructus.*

6. *Imperet diſcipulis vt habeant modicum chartaceum librum ſcriptionum græcarum, in quem correctas ſcriptiones græcas transferant: Ita vt ſingulæ paginæ, in duas columnas diuiſæ, hinc latinum hinc græcum ſibi oppoſitum habeant; hoc modo.*

Sermo muſam	ὁ λόγος τῶν μουσῶν
Inſula chryſis	ἡ νῆσος τοῦ χρύσου

Ita fiet vt has phraſes hoc ordine diſpoſitas relegentes multa græca vocabula diſcant memoriter, & ad hanc linguam ſuauiſſimam animum addicant.

7. *Caſus variandi ſeu in primo vocabulo ſeu in altero, vt*

Animas duorum hominum τὰς ψυχὰς τοῖν ἀνθρώποιν.

Arboribus duarum inſularum τοῖς δένδροις ταῖν νήσοιν.

DE IMPARISYLLABIS.

I. Quod eſt nomen impariſyllabè declinatum ?
R. Eſt illud cuius obliqui caſus ſuperant nominatiuum numero ſyllabarum.
I. Da exemplum, & declina.

R. Singulariter.

No.	ὁ	σωτὴρ	Saluator	
Gen.	τοῦ	σωτῆρος		os
D.	τῷ	σωτῆρι		i
Ac.	τὸν	σωτῆρα		a
Vo.	ὦ	σωτὴρ		

Dualiter.

N.A.	τὼ	σωτῆρε	Saluatores duo	ε
G.	τοῖν	σωτήροιν		οιν.

Pluraliter.

N.	οἱ	σωτῆρες	Saluatores	ες
G.	τῶν	σωτήρων		ων
D.	τοῖς	σωτῆρσι		σι.
A.	τοὺς	σωτῆρας		ας
V.	ὦ	σωτῆρες		

I. Quæ eſt ars declinandi impariſyllaba ?
R. Eſt illa quæ abſoluitur cognitione quatuor accidentium, quæ nominatiuo contingere poſſunt.

I. Quæ ſunt hæc quatuor accidentia?

R. Primum, terminationes communes omnibus caſibus ſuperius poſitæ, quæ accidunt nominatiuo. Secundum, mutatio vocalium vltimarum η & ω in ſuas breues, ε ο

Tertium, mutatio literæ σ, finalis in ſuas cognatas δ, τ, θ. vel eius eliſio.

Quartum aſſumptio litteræ τ.

OBSERVATIO.

Cognitione horum quatuor, quæ accidere poſſunt nominatiuo impariſyllabè declinando, tota ars perficitur. Notandum tamen non omnia accidentia ſingulis nominatiuis accidere, ſed ex quatuor aliud vni, aliud alteri, vt explicabitur in ſingulis.

PRIMVM.

DE TERMINATIONIBVS Caſuum.

I. Quæ ſunt illæ communes caſuum terminationes?

R. Pro ſingulari ος, ι, α, pro duali ε, οιν, pro plurali, ες, ων, σι, ας.

I. Suntne illæ ſolæ & communes omnibus illis nominibus infinitis impariſyllabè declinandis?

R. Sunt omnino, ſine exceptione in lingua communi: nam quæ habent accuſatiuum ιν, habent ex ionica dialecto, & poſſunt habere α. De contractis agetur ſeparatim; quia contractio non eſt declinatio.

I. Quæ

I. Qua arte applicandæ ſunt illæ terminationes?

R. Applicandæ ſunt ad nominatiuum ad formandos ſingulos caſus. Inde creſcet nominatiuus his terminationibus noua ſyllaba & fiet nomen impariſyllabum in omni caſu, vt patet in exemplo, σωτὴρ ſuprà declinato, quod conſule.

I. Mutationes nominatiui quæ accidunt genitiuo, debentne propagari ad alios caſus?

R. Debent, vnde nomina quæ aſſumunt τ in genitiuo, ſeruant illud in aliis caſibus: vt τὸ σῶμα τοῦ σώματος, inde τῷ σώματι τὸ σώματι. Ita quæ mutant σ in alias conſonas πάεις τοῦ πάειδος, inde πάειδι πάειδα.

Ratio quia genitiuus eſt menſura aliorum caſuum ipſe enim primus excipit omnes mutationes nominatiui.

OBSERVATIO.

Non confundatur analogia ſubſtantiuorum, ea ab adiectiuis ſeparabo, & de adiectiuorum modo declinandi agam ſeparatim, hic vero de ſubſtantiuis.

SECVNDVM.

DE MVTATIONE.

Vocalium η, ω.

I. Quot ſunt impariſyllaba quæ habent ſyllabam finalem per η.

R. Triplicis ſunt formæ. Alia enim terminantur in ην, alia in ηρ, alia in ης. De ſingulis aliquid dicam.

D

I. Quæ ſunt hæc quatuor accidentia?

R. Primum, terminationes communes omnibus caſibus ſuperius poſitæ, quæ accidunt nominatiuo. Secundum, mutatio vocalium vltimarum η & ω in ſuas breues, ε ο

Tertium, mutatio literæ σ, finalis in ſuas cognatas δ, τ, θ. vel eius eliſio.

Quartum aſſumptio litteræ τ.

OBSERVATIO.

Cognitione horum quatuor, quæ accidere poſſunt nominatiuo impariſyllabè declinando, tota ars perficitur. Notandum tamen non omnia accidentia ſingulis nominatiuis accidere, ſed ex quatuor aliud vni, aliud alteri, vt explicabitur in ſingulis.

PRIMVM.

DE TERMINATIONIBVS Caſuum.

I. Quæ ſunt illæ communes caſuum terminationes?

R. Pro ſingulari ος, ι, α, pro duali ε, οιν, pro plurali, ες, ων, σι, ας.

I. Suntne illæ ſolæ & communes omnibus illis nominibus infinitis impariſyllabè declinandis?

R. Sunt omnino, ſine exceptione in lingua communi: nam quæ habent accuſatiuum ιν, habent ex ionica dialecto, & poſſunt habere α. De contractis agetur ſeparatim; quia contractio non eſt declinatio.

I. Qua

I. Qua arte applicandæ ſunt illæ terminationes?

R. Applicandæ ſunt ad nominatiuum ad formandos ſingulos caſus. Inde creſcet nominatiuus his terminationibus noua ſyllaba & fiet nomen impariſyllabum in omni caſu, vt patet in exemplo, σωτὴρ ſuprà declinato, quod conſule.

I. Mutationes nominatiui quæ accidunt genitiuo, debentne propagari ad alios caſus?

R. Debent, vnde nomina quæ aſſumunt τ in genitiuo, ſeruant illud in aliis caſibus: vt τὸ σῶμα τοῦ σώματος, inde τῷ σώματι τὸ σώματι. Ita quæ mutant σ in alias conſonas πάεις τοῦ πάειδος, inde πάειδι πάειδα.

Ratio quia genitiuus eſt menſura aliorum caſuum ipſe enim primus excipit omnes mutationes nominatiui.

OBSERVATIO.

Non confundatur analogia ſubſtantiuorum, ea ab adiectiuis ſeparabo, & de adiectiuorum modo declinandi agam ſeparatim, hic vero de ſubſtantiuis.

SECVNDVM.

DE MVTATIONE.

Vocalium η, ω.

I. Quot ſunt impariſyllaba quæ habent ſyllabam finalem per η.

R. Triplicis ſunt formæ. Alia enim terminantur in ην, alia in ηρ, alia in ης. De ſingulis aliquid dicam.

OBSERVATIO.

Hic velim intelligatur, me ea tantum explicaturum deinceps in declinatione, quæ certa fuerint, ne confundantur ingenia puerorum, vel multitudine exceptionum obruantur. Potiſſimum quod opera ſui lexici deprehendere facilè poterunt quæ ſit terminatio genitiui: ne tamen ſint planè rudes; quæ ad artem communem conferunt, hic explanabuntur: in diſſertationibus deinde fuſius, quæ ſunt difficilioris ſcientiæ, agitabuntur.

HN

I. Terminata in ην quid mutant in genitiuo?
R. Maſculina mutant η in ε vt ὁ ποιμὴν paſtor τοῦ ποιμένος non ποιμῆνος.

Si excipias quinque hæc nomina quæ nihil mutant ὁ ἕλλην græcus, τοῦ ἕλληνος; ita ὁ σφὴν cuneus, ὁ χὴν anſer, ὁ σωλὴν canalis, ὁ κηφὴν fucus.

I. Quid de fœmininis?
R. Nihil mutant vt ἡ σειρὴν ſiren, σειρῆνος, Si vnicum nomen φρὴν mens τῆς φρενὸς excipias.

ηρ

I. Quid mutant terminata in ηρ?
R. Nihil planè v λυτὴρ τοῦ λυτῆρος peluis. De infinitis in ηρ hæc pauca tantum excipe quæ mutant η in ε.

ὁ πατὴρ πατέρος pater, ita μήτηρ mater, ἀνὴρ vir, θυγάτηρ filia, δαὴρ leuir, ἀστὴρ aſtrum, γαστὴρ venter, ἀὴρ aër, αἰθὴρ æter δημήτηρ Ceres, ἀθὴρ ariſta.

ης.

I. Terminata in ης quid mutant?
R. eſſe adiectiua, & ſubſtantiua. De adiectiuis alibi dicetur.

Subſtantiua in ης maſculina propria & compoſita eliſo σ mutant η in ε vt Δημοσθένης τοῦ Δημοσθένεος, σωκράτης τοῦ σωκράτεος. Sed de his agetur dum de contractione.

Reliqua nomina in ης ſeu fœminina vt ἡ ἁγιότης ſanctitas ſeu maſculina appellatiua vt ὁ τάπης tapes, mutant σ in τ, τῆς ἁγιότητος, τοῦ τάπητος tapetis.

Ω

I. quot ſunt nomina impariſyllaba quæ habent ſyllabam finalem per ω?
R. Quadruplicis ſunt formæ vel enim terminantur in ω, vel in ων, vel in ωρ, vel in ως.
I. Terminata in ω, quid mutant?
R. Omnia ſine exceptione mutant ω in ο; vt ἡ λητὼ Latona τῆς λητόος, ἡ μιμὼ ſimia τῆς μιμόος.

ων

I. Terminata in ων quid mutant?
R. Fœminina ſubſtantiua mutant ω in ο, εἰκὼν imago, τῆς εἰκόνος, ἡ σινδὼν ſindon, τῆς σινδόνος.

Maſculina ſubſtantiua nihil mutant vt ὁ αἰὼν ſæculum, τοῦ αἰῶνος, ὁ πλάτων τοῦ πλάτωνος.

OBSERVATIO.

Hæc patiuntur multum difficultatis, quæ propria diſſertatione fuſius explicabuntur.

ωρ

I. Terminata in ωρ quid mutant?
R. Polyſyllaba mutant ω in ο, vt ὁ νέςωρ τοῦ νέςορος ὁ ἕκτωρ τοῦ ἕκτορος.
Excipe appellatiua in λωρ, ἕλωρ τοῦ ἑλωρος captura ἰχὼρ ſanies. τοῦ ἰχῶρος, τὸ τέκμωρ τέκμωρος ſignum. At monoſyllaba nihil mutant, vt ὁ φὼρ fur, φωρός.

ως.

I. Terminata in ως quid mutant?
R. Seruant ω vbique, vt ὁ γέλως riſus, τοῦ γέλωτος.

TERTIVM.

DE ASSVMPTA.
littera T.

I. Quæ nomina impariſyllaba ad formandum genitiuum & alios caſus aſſumunt literam τ?
R. Neutra in α, maſculina ſubſtantiua impariſyllaba in εις, in ας, in φῶν flexum, quatuor in ων.
De participiis dicetur dum de adiectiuis.
I. Da exempla de α neutro.
R. Nomina neutra in α aſſumunt τ ad euphoniam

vt vitetur concurſus vocalium, vt τὸ σῶμα corpus, τοῦ σώματος, non σώμαος, βῆμα tribunal, τοῦ βήματος; θέμα τοῦ θέματος.

His adde vnicum neutrum in iota τὸ μέλι mel τοῦ μέλιτος & non μέλιος.

I. Da exempla de ſubſtantiuis in εις & ας, ὁ σιμόεις τοῦ σιμόεντος, ὁ γίγας Gigas τοῦ γίγαντος hæc imitantur participia vt videbitur inferius.

I. Da illa quatuor in ων.

R. ὁ γέρων ſenex, τοῦ γέροντος, ὁ λέων leo, ὁ δράκων draco, ὁ θεράπων ſeruus.

I. Da exempla in φῶν.

R. ὁ ξενοφῶν τοῦ ξενοφῶντος.

His adde tria Heteroclita, ἄναξ rex ἄνακτος non ἄνακος, νὺξ nox νύκτος non νυκὸς; γάλα lac ab antiquo γάλαξ, γάλακτος, non γάλακος.

QVARTVM.

DE MVTATIONE *litera* Σ.

I. Quomodo mutatur σ finalis in nominibus impariſyllabis?

R. In aliquibus mutatur in literas ſibi cognatas, vel in δ, vel in τ, vel in θ. In aliis planè eliditur.

Σ In Δ.

I. Quæ nomina mutant σ in δ.

R. 1. Omnia fœminina in ας vt λαμπάς lampas τῆς λαμπάδος non λαμπάσος. μονὰς vnitas τῆς μονάδος.

Secundò nomina in ις.

Propria vt πάρις τῦ πάριδος. ἡ ἀμάρυλλις τῆς ἀμαρύλλιδος. Θέμις Dea iuſtitiæ Θέμιδος.

Patronymica vt ἡ πριαμὶς τῆς πριαμίδος filia Primiami, ἡ ἑκτορὶς τῆς ἑκτορίδος filia Hectoris.
Diminutiua ἡ κρηνὶς fonticulus τῆς κρηνίδος. Fœminina formata à maſculinis ἡ προφῆτις τῆς προφήτιδος propheiſſa. ἡ δεσπότις domina τῆς δεσπότιδος.

Quædam appellatiua. ἡ ἔρις contentio. ἡ ἀψὶς, lapſis. ἡ κρηπὶς crepida. ἡ κνημὶς crus.
Tertiò pauca in υς vt χλαμὺς chlamys τῆς χλαμύδος.
Et terminata in κλυς, vt νεήλυς aduena νεήλυδος.

Quartò, vnicum in ως ἡ φὼς vſtio τῆς φωδὸς, & tria in diphtlongos, ὁ πῦς pes τῦ ποδὸς. ἡ κλεὶς clauis τῆς κλειδὸς. ὁ καὶ ἡ παῖς, puer τῦ παιδὸς.

Z IN T

I. Quæ nomina mutant σ in τ.
R. 1. Omnia neutra in ας, vt τὸ κέρας cornu τῦ κέρατος non κέρατος ita γῆρας ſenectus.

Secundò omnia fœminina in ης, vt ἁγιότης ſanctitas τῆς ἁγιότητος. ἀγαθότης bonitas. His adde nomina maſculina appellatiua & impariſyllaba in ης vt τάπης tapes τῦ τάπητος. πένης pauper.

Tertiò nomina in ως, ὁ γέλως τῦ γέλωτος non γέλωσος riſus. ὁ ἔρως amor τὸ φῶς lumen.

Quartò pauca in ις, vt χάρις gratia τῆς χάριδος & χάριτος, ἡ θέμις ius θέμιτος. ὁ λῖς pannus lineus τῦ λιτὸς: quibus adde duo in αις, τὸ σταῖς farina ſubacta τῦ σταιτὸς, ἡ δαὶς conuiuium τῆς δαιτὸς.

Σ IN Θ.

I. Quæ nomina mutant σ in θ.
R. Pauciſſima in ις, & υς, vt ὁ καὶ ἡ ὄρνις auis ὄρνιθος. ἡ μέρμις vermiculus, ἡ κάμυς manipulus τῆ κάμυθος, ἡ κόρυς galea.

DE ELISIONE LITERÆ Σ.

I. Quæ nomina ad formandum genitiuum elidunt σ finale nominatiui.
R. Plurima quæ in varia capita diuidentur doctrinæ gratia.
1. Omnia neutra in ος quæ formant genitiuum eliſo σ & mutato ο in ε vt τὸ τεῖχος murus τῦ τείχεος τὸ κάλλος pulchritudo τὸ κέρδος lucrum.
2 Omnia maſculina propria & compoſita in ης quæ declinantur eliſo σ mutando η in ε vt Δημοσθένης τῦ Δημοσθένεος.
3. Omnia in ευς quæ eliſo σ elidunt vna & υ vt vt forment alios caſus. ὁ βασιλεὺς τῦ βασιλέος Rex ὁ ἁλιεὺς piſcator.
4. Omnia verbalia in σις, ψις, ξις quæ eliſo σ declinãtur Ionicè in ιος, Atticè in εως. ἡ ποίησις poëſis τῆς ποιήσιος Ionicè, ποιήσεως Atticè & ita in aliis caſibus. Ita τέρψις delectatio. λέξις dictio.
His adde plurima appellatiua in ις ὄφις ſerpens, κὶς verniculus, λὶς, leo πόλις ciuitas.
De his omnibus agetur dum de contractione quia in obliquis caſibus contrahuntur.
5. Nomina in υς ſuperius non expreſſa cuiuſmodi ſunt monoſyllaba, μῦς mus μυός. ὗς ſus ὑός: fœ-

minina in τυς, ἀγορητὺς ars concionandi τῆς ἀγορητύος. ἀκοντιστὺς ars iaculandi ἀκοντιστύος, & ſimilia omnia.

Maſculina ὁ ἰχθὺς piſcis τοῦ ἰχθύος. ὁ βότρυς racemus βότρυος. ἡ ἐριννὺς τῆς ἐριννύος furia & ſimilia notanda.

Quatuor quæ per εως Attici declinant. πέλεκυς ſecuris τῆς πελέκεως. Ita πρέσβυς legatus πῆχυς cubitus ἔγχελυς anguilla.

6. Hæc tria in diphthongos deſinentia γραῦς, ναῦς βοῦς quæ eliſo σ elidunt, etiam υ, γραὸς, vetula, ναὸς βοὸς bos.

OBSERVATIO.

Ad illa quæ elidunt σ finale refero deſinentia in literas duplices ψ & ξ in duplicem conſonam λς, νς, nam ψ componitur ex πσ. ξ ex κσ.

Nota, γ, κ, χ, eſſe literas eiuſdem prolationis & naturæ, & facilè interſe commutari ſicut etiam, π, β, φ, vt intelligas nomina terminata in ξ formare genitiuum vel in κ, vel γ, vel in χ, vt terminata in ψ, formant in π, vel β, vel in φ.

I. Quomodo declinantur terminata in duplicem conſonam?

R. Terminata in ξ, κσ, eliſo σ, vel retinent κ, vel mutant in cognatas ſibi literas γ, vel χ.

αἲξ capra mutant in γ. τῆς αἰγὸς non αἰκὸς. πτὺξ plica mutat in χ, τῆς πτυχὸς non πτυκὸς. κόλαξ adulator retinet κ, τοῦ κόλακος.

Eodem modo terminata in ψ πσ, eliſo σ vel retinent π vel mutant in β vel φ.

ἄραψ, mutat in β, τοῦ ἄραβος non ἄραπος κίνυψ cinyps

cinyps mutat in φ τῦ κίνυφος non κίνυπος κύκλωψ cyclops retinet π, τῦ κύκλωπος.

Vnicum ἀλώπηξ mutat etiam η breuem ε, τῆς ἀλώπεκος, vulpes.

Quæ nomina retineant κ vel π, quæ mutent vide in diſſertationibus.

I. Quid de aliis terminatis in σ præcedente conſona.

R. Ita ſunt ſolummodo quæ abiecto σ declinantur ὁ ἅλς ſal, τῦ ἁλὸς, ἡ ἅλς mare, τῆς ἁλὸς.

ἕλμινς lumbricus & τίρυνς tiryns mutant σ in θ, ἕλμινθος τίρυνθος.

Μάκαρς beatus & δάμαρς vxor mutant σ in τ, μάκαρτος, ſed vſitatius dicitur μάκαρ, & δάμαρ. μάκαρος & δάμαρος.

DE RELIQVIS IMPARISYLLABIS.

I. Nihil dixiſti de terminatis in ι υ.

R. Terminata in iota nihil mutant additis tantum terminationibus. τὸ σίνηπι τῦ σινήπιος ſinapi vnico μέλι mel excepto quod aſſumit τ, μέλιτος.

I. Quid terminata in υ?

R. Illa nihil mutant ſi habeant in penultima vocalem breuem ε, ο, vel α, vt ι, υ, γόνυ genu τῦ γόνυος. δάκρυ τῦ δάκρυος lachryma.

Si habeatur ω vel η vel longam poſitu mutant υ in ε vt πῶυ grex, τῦ πώεος. ἄστυ vrbs, τῦ ἄστεος.

I. Quid de terminatis in ν vel ρ?

Si has conſonas præcedant vocales longæ η. vel ω. De his iam dictum eſt. Si præcedant vocales, α, ι, υ,

nihil curant. Vnde αν, ιν, υν, αρ, υρ, nihil mutant.

I. Da exempla de ſingulis terminationibus?

αν, ὁ τιτὰν titan, τοῦ τιτᾶνος.
ιν, ὁ δελφὶν delphin, τῆς δελφῖνος.
υν, ἡ γόρτυν, Gorthyn, τῆς γόρτυνος.
αρ, ὁ μάκαρ beatus, τοῦ μάκαρος.
υρ, ὁ μάρτυρ teſtis, τοῦ μάρτυρος.

Supponitur ſemper, dum dicitur, nihil mutare addi terminationes communes omnibus nominatiuis ad formandos caſus obliquos impariſyllabos.

DE QVIBVSDAM CASIBVS impariſyllabis.

Tres caſus impariſyllabi patiuntur aliquid difficultatis, quæ explicanda iam venit in accuſatiuo & vocatiuo ſingularibus, & datiuo plurali.

DE ACCVSATIVO.

I. Terminatio accuſatiui impariſyllabi ſingularis eſt ne communis omnibus.

R. Eſt communis ſi paucos excipias.

Et primo nomina in ις & υς quæ abiecto σ purè declinantur ad formandum accuſatiuum mutant σ in ν.

Vt ὄφις ſerpens τοῦ ὄφιος τὸν ὄφιν.
ὁ βότρυς racemus. τοῦ βότρυος τὸν βότρυν.

Idem contingit tribus nominibus ἡ ναῦς τῆς νεὼς τὴν ναῦν nauis, ἡ γραῦς, vetula, τῆς γραὸς τὴν γραῦν.

ἡ βοῦς τῦ βοὸς τὸν βοῦν bos.

OBSERVATIO.

Obſerua nomina in υς *habent etiam* α τὸν βότρυα & βοῦς τὸν βόα, ναῦς τὴν νάα & νέα *potiſſimum apud Poëtas.*

Secundò terminata in υς & ις grauitona quæ non declinantur purè vtramque ſortiuntur accuſatiui formationem.

At ἡ ἔρις contentio τῆς ἔριδος τὴν ἔριδα vel τὴν ἔριν.

νέηλυς aduena. νεήλυδος. νεήλυδα vel νέηλυν.

OBSERVATIO.

Ratio huius varietatis eſt quia Iones omnia nomina in υς *vel* ις *purè declinant; vnde illa terminatio in* ιν vel υν. *In accuſatiuo Ionica eſt; quæ tamen in communem vſum recepta eſt. Inde hæc coincidunt cum ſuperioribus purè declinatis, nam Iones dicunt* ἡ ἔρις τῆς ἔριος τὴν ἔριν, alij ἡ ἔρις τῆς ἔριδος τὴν ἔριδα.

DE VOCATIVO.

I. Quæ eſt communis ratio vocatiui?

R. Vocatiuus impariſyllabis ſemper eſt ſimilis nominatiuo.

Primò omnia participia impariſyllabè declinata habent vocatiuum ſimilem nominatiuo.

Secundò Attici in omnibus, ſeu nominibus, ſeu participiis formant vocatiuum ſimilem nominatiuo.

I. Quæ ſunt hæc quatuor accidentia?

R. Primum, terminationes communes omnibus caſibus ſuperius poſitæ, quæ accidunt nominatiuo. Secundum, mutatio vocalium vltimarum η & ω in ſuas breues, ε ο

Tertium, mutatio literæ σ, finalis in ſuas cognatas δ, τ, θ. vel eius eliſio.

Quartum aſſumptio litteræ τ.

OBSERVATIO.

Cognitione horum quatuor, quæ accidere poſſunt nominatiuo impariſyllabè declinando, tota ars perficitur. Notandum tamen non omnia accidentia ſingulis nominatiuis accidere, ſed ex quatuor aliud vni, aliud alteri, vt explicabitur in ſingulis.

PRIMVM.

DE TERMINATIONIBVS Caſuum.

I. Quæ ſunt illæ communes caſuum terminationes?

R. Pro ſingulari ος, ι, α, pro duali ε, οιν, pro plurali, ες, ων, σι, ας.

I. Suntne illæ ſolæ & communes omnibus illis nominibus infinitis impariſyllabè declinandis?

R. Sunt omnino, ſine exceptione in lingua communi: nam quæ habent accuſatiuum ιν, habent ex ionica dialecto, & poſſunt habere α. De contractis agetur ſeparatim; quia contractio non eſt declinatio.

I. Quæ

I. Qua arte applicandæ ſunt illæ terminationes?

R. Applicandæ ſunt ad nominatiuum ad formandos ſingulos caſus. Inde creſcet nominatiuus his terminationibus noua ſyllaba & fiet nomen impariſyllabum in omni caſu, vt patet in exemplo, σωτὴρ ſuprà declinato, quod conſule.

I. Mutationes nominatiui quæ accidunt genitiuo, debentne propagari ad alios caſus?

R. Debent, vnde nomina quæ aſſumunt τ in genitiuo, ſeruant illud in aliis caſibus: vt τὸ σῶμα τοῦ σώματος, inde τῷ σώματι τὸ σώματι. Ita quæ mutant σ in alias conſonas πάεις τοῦ πάειδος, inde πάειδι πάειδα.

Ratio quia genitiuus eſt menſura aliorum caſuum ipſe enim primus excipit omnes mutationes nominatiui.

OBSERVATIO.

Non confundatur analogia ſubſtantiuorum, ea ab adiectiuis ſeparabo, & de adiectiuorum modo declinandi agam ſeparatim, hic vero de ſubſtantiuis.

SECVNDVM.

DE MVTATIONE.

Vocalium η, ω.

I. Quot ſunt impariſyllaba quæ habent ſyllabam finalem per η.

R. Triplicis ſunt formæ. Alia enim terminantur in ην, alia in ης, alia in ηs. De ſingulis aliquid dicam.

OBSERVATIO.

Hic velim intelligatur, me ea tantum explicaturum deinceps in declinatione, quæ certa fuerint, ne confundantur ingenia puerorum, vel multitudine exceptionum obruantur. Potiſſimum quod opera ſui lexici deprehendere facilè poterunt quæ ſit terminatio genitiui: ne tamen ſint planè rudes; quæ ad artem communem conferunt, hic explanabuntur: in diſſertationibus deinde fuſius, quæ ſunt difficilioris ſcientiæ, agitabuntur.

HN

I. Terminata in ην quid mutant in genitiuo?

R. Maſculina mutant η in ε vt ὁ ποιμὴν paſtor τοῦ ποιμένος non ποιμῆνος.

Si excipias quinque hæc nomina quæ nihil mutant ὁ ἕλλην græcus, τοῦ ἕλληνος; ita ὁ σφὴν cuneus, ὁ χὴν anſer, ὁ σωλὴν canalis, ὁ κηφὴν fucus.

I. Quid de fœmininis?

R. Nihil mutant vt ἡ σειρὴν ſiren, σειρῆνος, Si vnicum nomen φρὴν mens τῆς φρενὸς excipias.

ηρ

I. Quid mutant terminata in ηρ?

R. Nihil planè v λυτὴρ τοῦ λυτῆρος peluis. De infinitis in ηρ hæc pauca tantum excipe quæ mutant η in ε.

ὁ πατὴρ πατέρος pater, ita μήτηρ mater, ἀνὴρ vir, θυγάτηρ filia, δαὴρ leuir, ἀςὴρ aſtrum, γαςὴρ venter, ἀὴρ aër, αἰθὴρ æter Δημήτηρ Ceres, ἀθὴρ ariſta.

ης.

I. Terminata in ης quid mutant ?
R. eſſe adiectiua, & ſubſtantiua. De adiectiuis alibi dicetur.

Subſtantiua in ης maſculina propria & compoſita eliſo σ mutant η in ε vt δημοσθένης τοῦ δημοσθένεος, σωκράτης τοῦ σωκράτεος. Sed de his agetur dum de contractione.

Reliqua nomina in ης ſeu fœminina vt ἡ ἁγιότης ſanctitas ſeu maſculina appellatiua vt ὁ τάπης tapes, mutant σ in τ, τῆς ἁγιότητος, τοῦ τάπητος tapetis.

Ω

I. quot ſunt nomina impariſyllaba quæ habent ſyllabam finalem per ω ?
R. Quadruplicis ſunt formæ vel enim terminantur in ω, vel in ων, vel in ωρ, vel in ως.
I. Terminata in ω, quid mutant ?
R. Omnia ſine exceptione mutant ω in ο; vt ἡ λητὼ Latona τῆς λητόος, ἡ μιμὼ ſimia τῆς μιμόος.

ων

I. Terminata in ων quid mutant ?
R. Fœminina ſubſtantiua mutant ω in ο, εἰκὼν imago, τῆς εἰκόνος, ἡ σινδὼν ſindon, τῆς σινδόνος.

Maſculina ſubſtantiua nihil mutant vt ὁ αἰὼν ſæculum, τοῦ αἰῶνος, ὁ πλάτων τοῦ πλάτωνος.

OBSERVATIO.

Hæc patiuntur multum difficultatis, quæ propria diſſertatione fuſius explicabuntur.

ωρ

I. Terminata in ωρ quid mutant?
R. Polyſyllaba mutant ω in ο, vt ὁ νέστωρ τοῦ νέστορος ὁ ἕκτωρ τοῦ ἕκτορος.
Excipe appellatiua in λωρ, ἕλωρ τοῦ ἕλωρος captura ἰχὼρ ſanies. τοῦ ἰχῶρος, τὸ τέκμωρ τέκμωρος ſignum. At monoſyllaba nihil mutant, vt ὁ φὼρ fur, φωρὸς.

ως.

I. Terminata in ως quid mutant?
R. Seruant ω vbique, vt ὁ γέλως riſus, τοῦ γέλωτος.

TERTIVM.

DE ASSVMPTA. *littera* T.

I. Quæ nomina impariſyllaba ad formandum genitiuum & alios caſus aſſumunt literam τ?
R. Neutra in α, maſculina ſubſtantiua impariſyllaba in εις, in ας, in φῶν flexum, quatuor in ων.
De participiis dicetur dum de adiectiuis.
I. Da exempla de α neutro.
R. Nomina neutra in α aſſumunt τ ad euphoniam

vt vitetur concurſus vocalium, vt τὸ σῶμα corpus, τȣ̃ σώματος, non σώματος, βῆμα tribunal, τȣ̃ βήματος; θέμα τȣ̃ θέματος.

His adde vnicum neutrum in iota τὸ μέλι mel τȣ̃ μέλιτος & non μέλιος.

I. Da exempla de ſubſtantiuis in εις & ας, ὁ σιμόεις τȣ̃ σιμόεντος, ὁ γίγας Gigas τȣ̃ γίγαντος hæc imitantur participia vt videbitur inferius.

I. Da illa quatuor in ων.

R. ὁ γέρων ſenex, τȣ̃ γέροντος, ὁ λέων leo, ὁ δράκων draco, ὁ θεράπων ſeruus.

I. Da exempla in φων.

R. ὁ ξενοφῶν τȣ̃ ξενοφῶντος.

His adde tria Heteroclita, ἄναξ rex ἄνακτος non ἄνακος, νὺξ nox νύκτος non νυκὸς; γάλα lac ab antiquo γάλαξ, γάλακτος, non γάλακος.

QVARTVM.

DE MVTATIONE literæ Σ.

I. Quomodo mutatur σ finalis in nominibus impariſyllabis?

R. In aliquibus mutatur in literas ſibi cognatas, vel in δ, vel in τ, vel in ϑ. In aliis planè eliditur.

Σ In Δ.

I. Quæ nomina mutant σ in δ.

R. 1. Omnia fœminina in ας vt λαμπάς lampas τῆς λαμπάδος non λαμπάσος. μονὰς vnitas τῆς μονάδος.

Secundò nomina in ις.

Propria vt πάρις τῦ πάριδος. ἡ ἀμάρρυλλις τῆς ἀμαρύλλιδος. Θέμις Dea iuſtitiæ Θέμιδος.

Patronymica vt ἡ πριαμὶς τῆς πριαμίδος filia Primiami, ἡ ἑκτορὶς τῆς ἑκτορίδος filia Hectoris.

Diminutiua ἡ κρηνὶς fonticulus τῆς κρηνίδος. Fœminina formata à maſculinis ἡ προφῆτις τῆς προφήτιδος prophetiſſa. ἡ δεσπότις domina τῆς δεσπότιδος.

Quædam appellatiua. ἡ ἔρις contentio. ἡ ἀψὶς, lapſis. ἡ κρηπὶς crepida. ἡ κνημὶς crus.

Tertiò pauca in υς vt χλαμὺς chlamys τῆς χλαμύδος.

Et terminata in κλυς, vt νεήλυς aduena νεήλυδος.

Quartò, vnicum in ως ἡ φὼς vſtio τῆς φωδὸς, & tria in diphtlongos, ὁ πῦς pes τῦ ποδὸς. ἡ κλεὶς clauis τῆς κλειδὸς. ὁ καὶ ἡ παῖς, puer τῦ παιδὸς.

Z IN T

I. Quæ nomina mutant σ in τ.

R. 1. Omnia neutra in ας, vt τὸ κέρας cornu τῦ κέρατος non κέρατος ita γῆρας ſenectus.

Secundò omnia fœminina in ης, vt ἁγιότης ſanctitas τῆς ἁγιότητος. ἀγαθότης bonitas. His adde nomina maſculina appellatiua & impariſyllaba in ης vt ταπης tapes τῦ τάπητος. πένης pauper.

Tertiò nomina in ως, ὁ γέλως τῦ γέλωτος non γέλωτος riſus. ὁ ἔρως amor τὸ φῶς lumen.

Quartò pauca in ις, vt χάρις gratia τῆς χάριτος & χάριδος, ἡ θέμις ius θέμιστος. ὁ λῖς pannus lineus τῦ λιτὸς: quibus adde duo in αις, τὸ σταῖς farina ſubacta τῦ σταίτος, ἡ δαὶς conuiuium τῆς δαιτὸς.

Σ IN Θ.

I. Quæ nomina mutant σ in θ.

R. Pauciſſima in ις, & υς, vt ὁ καὶ ἡ ὄρνις auis ὄρνιθος. ἡ μέρμις vermiculus, ἡ κώμυς manipulus τῆ κώμυθος. ἡ κόρυς galea.

DE ELISIONE LITERÆ Σ.

I. Quæ nomina ad formandum genitiuum elidunt σ finale nominatiui.

R. Plurima quæ in varia capita diuidentur doctrinæ gratia.

1. Omnia neutra in ος quæ formant genitiuum eliſo σ & mutato ο in ε vt τὸ τεῖχος murus τοῦ τείχεος τὸ κάλλος pulchritudo τὸ κέρδος lucrum.

2 Omnia maſculina propria & compoſita in ης quæ declinantur eliſo σ mutando η in ε vt Δημοσθένης τοῦ Δημοσθένεος.

3. Omnia in ευς quæ eliſo σ elidunt vna & υ vt vt forment alios caſus. ὁ βασιλεὺς τοῦ βασιλέος Rex ὁ ἁλιεὺς piſcator.

4. Omnia verbalia in σις, ψις, ξις quæ eliſo σ declinãtur Ionicè in ιος, Atticè in εως. ἡ ποίησις poëſis τῆς ποιήσιος Ionicè, ποιήσεως Atticè & ita in aliis caſibus. Ita τέρψις delectatio. λέξις dictio.

His adde plurima appellatiua in ις ὄφις ſerpens, κὶς verniculus, λὶς, leo πόλις ciuitas.

De his omnibus agetur dum de contractione quia in obliquis caſibus contrahuntur.

5. Nomina in υς ſuperius non expreſſa cuiuſmodi ſunt monoſyllaba, μῦς mus μυός. ὗς ſus ὑὸς: fœ-

minina in τυς, ἀγορηλὺς ars concionandi τῆς ἀγορηλύος. ἀκοντιςὺς ars iaculandi ἀκοντιςύος, & ſimilia omnia.

Maſculina ὁ ἰχθὺς piſcis τοῦ ἰχθύος. ὁ βότρυς racemus βότρυος. ἡ ἐριννυς τῆς ἐριννύος furia & ſimilia notanda.

Quatuor quæ per εως Attici declinant. πέλεκυς ſecuris τῆς πελέκεως. Ita πρέσβυς legatus πῆχυς cubitus ἔγχελυς anguilla.

6. Hæc tria in diphthongos deſinentia γραῦς, ναῦς βοῦς quæ eliſo σ elidunt, etiam υ, γραὸς, vetula, ναός βοὸς bos.

OBSERVATIO.

Ad illa quæ elidunt σ finale refero deſinentia in literas duplices ψ & ξ in duplicem conſonam λς, νς, nam ψ componitur ex πσ. ξ ex κσ.

Nota, γ, κ, χ, eſſe literas eiuſdem prolationis & naturæ, & facilè interſe commutari ſicut etiam, π, β, φ, vt intelligas nomina terminata in ξ formare genitiuum vel in κ, vel γ, vel in χ, vt terminata in ψ, formant in π, vel β, vel in φ.

I. Quomodo declinantur terminata in duplicem conſonam?

R. Terminata in ξ, κσ, eliſo σ, vel retinent κ, vel mutant in cognatas ſibi literas γ, vel χ.

αἶξ capra mutant in γ. τῆς αἰγὸς non αἰκὸς πτὺξ plica mutat in χ, τῆς πτυχὸς non πτυκὸς. κόλαξ adulator retinet κ, τοῦ κόλακος.

Eodem modo terminata in ψ πσ, eliſo σ vel retinent π vel mutant in β vel φ.

ἄραψ, mutat in β, τοῦ ἄραβος non ἄραπος κίνυψ cinyps

cinyps mutat in φ τῦ κίνυφος non κίνυπος κύκλωψ cyclops retinet π, τῦ κύκλωπ☉.

Vnicum ἀλώπηξ mutat etiam η breuem ε, τῆς ἀλώπεκος, vulpes.

Quæ nomina retineant κ vel π, quæ mutent vide in diſſertationibus.

I. Quid de aliis terminatis in σ præcedente conſona.

R. Ita ſunt ſolummodo quæ abiecto σ declinantur ὁ ἅλς ſal, τῦ ἁλός, ἡ ἅλς mare, τῆς ἁλός.

ἕλμινς lumbricus & τίρυνς tiryns mutant σ in θ, ἕλμινθ☉ τίρυνθ☉.

Μάκαρς beatus & δάμαρς vxor mutant σ in τ, μάκαρτος, ſed vſitatius dicitur μάκαρ, & δάμαρ. μάκαρ☉ & δάμαρ☉.

DE RELIQVIS IMPARISYLLABIS.

I. Nihil dixiſti de terminatis in ι υ.

R. Terminata in iota nihil mutant additis tantum terminationibus. τὸ σίνηπι τῦ σινήπι☉ ſinapi vnico μέλι mel excepto quod aſſumit τ, μέλιτ☉.

I. Quid terminata in υ?

R. Illa nihil mutant ſi habeant in penultima vocalem breuem ε, ο, vel α, vt ι, υ, γόνυ genu τῦ γόνυ☉. δάκρυ τῦ γάκρυ☉ lachryma.

Si habeatur ω vel η vel longam poſitu mutant υ in ε vt πῶϋ grex, τῦ πώε☉. ἄςυ vrbs, τῦ ἄςεος.

I. Quid de terminatis in ν vel ρ?

Si has conſonas præcedant vocales longæ η. vel ω. De his iam dictum eſt. Si præcedant vocales, α, ι, υ,

E

ὁ βοῦς τοῦ βοὸς τὸν βοῦν bos.

OBSERVATIO.

Obſerua nomina in υς *habent etiam* α τὸν βότρυα & βοῦς τὸν βόα, ναῦς τὴν νάα & νέα *potiſſimum apud Poëtas.*

Secundò terminata in υς & ις grauitona quæ non declinantur purè vtramque ſortiuntur accuſatiui formationem.

At ἡ ἔρις contentio, τῆς ἔριδος τὴν ἔριδα vel τὴν ἔριν.

νέηλυς aduena, νεήλυδος. νεήλυδα vel νέηλυν.

OBSERVATIO.

Ratio huius varietatis eſt quia Iones omnia nomina in υς *vel* ις *purè declinant ; vnde illa terminatio in* ιν vel υν. *In accuſatino Ionica eſt ; quæ tamen in communem vſum recepta eſt. Inde hæc coincidunt cum ſuperioribus purè declinatis, nam Iones dicunt* ἡ ἔρις τῆς ἔριος τὴν ἔριν, alij ἡ ἔρις τῆς ἔριδος τὴν ἔριδα.

DE VOCATIVO.

I. Quæ eſt communis ratio vocatiui ?

R. Vocatiuus impariſyllabis ſemper eſt ſimilis nominatiuo.

Primò omnia participia impariſyllabè declinata habent vocatiuum ſimilem nominatiuo.

Secundò Attici in omnibus, ſeu nominibus, ſeu participiis formant vocatiuum ſimilem nominatiuo.

Septimò terminata in ις & ως, purè declinata. Item in εις ευς, ους abiiciunt σ nominatiui, ἴφις ὄφιος ὦ ὄφι, βότρυς βότρυος ὦ βότρυ.

χαείς ὦ χαεῖ, licet habeat etiam χαέ'εν.

σιμόεις ὦ σιμόεν & σιμίεν.

βασιλεὺς ὦ βασιλεῦ Rex βοῦς ὦ βοῦ. Quibus adde παῖς puer ὦ παῖ cum compoſitis. Excipe ὁ δεὺς Deus, & πους cum compoſitis quæ habent vocatiuum ſimilem nominatiuo.

DE DATIVO PLVRALI.

I. Quomodo formatur datiuus pluralis?

R. Eodem modo atque alij caſus addendo terminationem σι ad nominatiuum, quia σι eſt terminatio omnium datiuorum pluralium in impariſyllabis.

I. Eſtne eadem planè ratio datiui atque aliorum caſuum.

R. Eadem planè, nam ſicut ad formandum genitiuum additur ος ad nominatiuum σωτὴρ σωτῆρος, ita ad formandum datiuum pluralem additur σι τοῖς σωτῆρσι.

OBSERVATIO.

Ex nouem literis terminatiuis nominis impariſyllabi, ω eſt reiiciendum quia terminata in ω declinantur pariſyllabè in plurali, vt ἠχὼ echo. ταῖς ἠχοῖς. Superſunt tres vocales α, ι, υ, quinque conſonas ν, ρ, ψ, ξ, σ. Duæ duplices ξ, ψ, terminantur in σ, vnde eandem analogiam habent atque σ.

I. Noua methodus formandi datiui pluralis?

R. Noua ſed facilis & analoga cùm alij caſus ita formentur.

I. Oſtende in nominibus terminatis in α, ι, υ.

R. Τὸ σῶμα corpus. τοῖς σώμασι.

Τὸ μέλι mel, τοῖς μέλισι

Τὸ δόρυ haſta, τοῖς δόρυσι.

I. Oſtende in terminatis in conſonas duplices & σ.

R. In Iſtis non additur σ. Sed tantum Iota ad nominatiuum, ne duplex σ duriorem faceret promutationem vnde facillima eſt formatio. Ita

γίγας τοῖς γίγασι, ὄφις τοῖς ὄφισι.

ἔρως τοῖς ἔρωσι, βασιλεὺς τοῖς βασιλεῦσι.

χαρίεις τοῖς χαρίεσι. κόλαξ τοῖς κόλαξι.

I. Superſunt tantum ν & ρ. Quid de iſtis?

R. Terminata in ρ formantur addendo σι vt σωτὴρ τοῖς σωτῆρσι, λυτὴρ τοῖς λυτῆρσι. Terminata in ν expulſo ν addunt σι.

πᾶν τοῖς πᾶσι, δελφὶν τοῖς δελφῖσι, φόρκυν τοῖς φόρκυσι

OBSERVATIO.

Hæc expulſio literæ ν fit euphoniæ cauſa, quia non bene conuenit cum σ præſertim ſi præcedat, fit enim tunc durior pronuntiatio quæ vt vitetur & ſeruetur ſolemnis terminatio σι expellitur.

I. Dixiſti ſuperiùs genitiuum eſſe menſuram aliorum caſuum; quomodo eſt menſura datiui pluralis?

R. In eo eſt menſura quia eadem mutatio vocalium finalium nominatiui quæ fit in genitiuo, fit etiam in datiuo plurali.

I. Oſtende exemplis.

R. quæ mutant ω & η nominatiui in ο & ι in genitiuo, mutant etiam in datiuo plurali.

ὁ ῥήτωρ Rhetor, τοῦ ῥήτορος τοῖς ῥήτοσι.
ὁ λελυκὼς τοῦ λελυκότος τοῖς λελυκόσι.
ὁ ποιμὴν Paſtor, τοῦ ποιμένος τοῖς ποιμέσι.
ἡ εἰκὼν imago, τῆς εἰκόνος ταῖς εἰκόσι.
ἀληθὴς verus, τοῦ ἀληθέος τοῖς ἀληθέσι.

I. Eſtne eadem ratio neutrorum in ος & terminatorum in ις & υς quæ mutant has vocales in ε.

R. Eadem planè vt verum ſit perfectam eſſe analogiam genitiui & aliorum caſuum.

τὸ κάλλος pulchritudo, τοῦ κάλλεος τοῖς κάλλεσι.
ὁ ὄφις ſerpens, τοῦ ὄφεως τοῖς ὄφεσι.
ὁ δασὺς denſus, τοῦ δασέος τοῖς δασέσι.
τὸ πῶυ grex, τοῦ πώεος τοῖς πώεσι.

Ita hæc duo anomala ποῦς pes οὖς auris formant datiuum pluralem ex genitiui penultima, ποσὶ, ὠσί.

I. Nihil dictum eſt de participiis in ων.

R. Vt quantitas datiui pluralis ſit eadem quæ genitiui in participiis in ων & in nominibus in ων quæ more participij declinantur mutatur ων in ουσι.

ὁ λύων ſoluens τοῦ λύοντος τοῖς λύουσι.
ὁ γέρων ſenex, τοῦ γέροντος τοῖς γέρουσι.

I. Supereſſe videntur quæ ſyncopem patiuntur.

R. Hæc formant à genitiuo addito iota & mutata vocali ο in α Euphoniæ causâ. Ita ἀνὴρ ἀνέρος ἀνδρὸς ἀνδράσι. πατὴρ Pater, πατέρος πατρὸς πατράσι. μήτηρ Mater, μητέρος μητρὸς μητράσι. θυγάτηρ filia, θυγατέρος θυγατρὸς θυγατράσι.

Syncopem patitur κύων canis, τοῦ κύνεος κυνὸς, τοῖς κυσί.

PRAXIS.

NOMINIS IMPARISYLLABI.

Abſtineat Præceptor quantum fieri poteſt à contractis & comparatiuis quæ modo explicabuntur.

Corona delphini τὸ ςέμμα τοῦ δελφῖνος.
Imago tapetis ἡ εἰκὼν τοῦ τάπητος.

DE ADIECTIVIS.

Obſerua me hic complecti voce adiectiui non modo nomina, ſed etiam pronomina & participia, de quibus omnibus tria veniunt explicanda. 1. Forma adiectiuorum. 2. Formatio generum fœminini & neutrius à maſculino. 3. Modus ea declinandi.

DE FORMA ADIECTIVORVM.

I. Quotuplex eſt forma adiectiuorum?
R. Duplex tantum apud Græcos; altera qua tribus terminationibus explicatur triplex genus, vt ἀγαθὸς, ἀγαθὴ, ἀγαθόν, bonus, bona, bonum; altera qua duabus tantum, vt ὁ καὶ ἡ μείζων hic & hæc maior, καὶ τὸ μεῖζον & hoc maius.
I. Quæ ſunt adiectiua trium terminationum?
R. Omnia participia nullo excepto cuiuſcumque ſint terminationis, & nomina hic explicata.

In ας
μέλας niger, μέλαινα μέλαν.

In εις
χαρίεις gratioſus, χαρίεσσα χαρίεν.

In ους

χρύσεος χρυσοῦς aureus χρυσῆ χρυσοῦν.

μελιτόεις μελιτοῦς melleus, μελιτοῦσσα μελιτοῦν.

In υς

δασὺς denſus, δασεῖα δασύ.

In αρ

μάκαρ beatus, μάκαιρα, μάκαρ.

In ος

ἀγαθὸς bonus, ἀγαθὴ, ἀγαθὸν.

In ην

τέρην tener, τέρεινα τέρεν.

I. Quæ ſunt adiectiua duarum terminationum?

R. Nomina in ων poſitiua & comparatiua.

ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων miſericors, καὶ τὸ ἐλεῆμον.

ὁ καὶ ἡ ἀρείων melior, καὶ τὸ ἄρειον.

In ης non contracta.

ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς verus, καὶ τὸ ἀληθές.

In υς nomina grauitona.

ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς illacrimabilis, καὶ τὸ ἄδακρυ.

In ω attica.

ὁ καὶ ἡ ἔυγεως fertilis, καὶ τὸ ἔυγεων.

In ις

ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις amans patriæ καὶ τὸ φιλόπατρι.

DE FORMATIONE Generum.

Obſerua in adiectiuis inuento maſculino non ſtatim ſciri fœmininum & neutrum; Hic igitur explicatur ars deducendi fœmininum & neutrum à maſculino.

DE FOEMININO.

I. Quomodo deducitur fœmininum à maſculinis adiectiuis?

R. 1. omne maſculinum in ος format fœmininum mutato ος in η.

ν ἀγαθὸς, ἀγαθὴ, bonus, bona.

ἐκεῖνος, ἐκείνη. Ille, illa.

λυόμενος, λυομένη. ſolutus, ſoluta.

I. Terminata in ρος, & ος purum formantne ita fœmininum?

R. Non, ſed mutant ος in α longum.

ἅγιος. ἁγία, ſanctus, ſancta.

καθαρὸς, καθαρὰ, purus, pura.

Si tamen præcedat ο ſeruant η.

ὄγδοος, ὀγδόη, octauus, octaua.

ἁπλόος, ἁπλόη, ſimplex.

I. Adiectiua impariſyllaba quomodo formant fœmininum?

R. Omnia addito α breui: vnde fœmininum ſemper ſuperat maſculinum vna ſyllaba. Ita participia in ας, εις, ους, υς, formant addito tantum α breui & nihil aliud.

λύσας qui ſoluit, λύσασα quæ ſoluit.

λυθεὶς ſolutus, λυθεῖσα ſoluta.

διδοὺς dans, διδοῦσα dans.

δεικνὺς oſtendens, δεικνῦσα oſtendens.

Participia in ων mutant ων in ουσα.

λύων ſoluens, λύουσα ſoluens.

Et in ως mutant ας in υια.

λελυκὼς qui ſoluit, λελυκυῖα quæ ſoluit.

I. Nomina impariſyllaba quomodo formant fœmininum?
R. Sicut participia addendo α breue cum aliqua tamen mutatione penultimæ.

Ita υς mutat υ in εια.
δασὺς denſus, δασεῖα denſa.
ας mutatur in αινα.
μέλας niger, μέλαινα nigra.
εις mutatur in εσσα.
χαρίεις gratioſus, χαρίεσσα gratioſa.
αρ mutatur in αιρα.
μάκαρ beatus, μάκαιρα beata.
ην, mutatur in εινα.
τέρην tenet, τέρεινα.

OBSERVATIO.

1. *Diſtinguenda ſemper ſunt nomina à participiis in formatione fœminini vt vides in terminationibus ας, εις, ης, ων, υς.*
2. *Duo anomala adiectiua, μέγας formant quaſi a μέγαλος μεγάλη magnus, magna, πολὺς multus quaſi a πολλὸς, πολλὴ multa & εἷς vnus fœmininum μία vna.*

DE NEVTRO.

Obſeruanda duo. Primum neutra terminari vt plurimum in ν.

Secundum. Neutra non contracta terminari in breues. Inde ω & η maſculini mutantur in ο, ε: & in diphthongis ει & ου abiicitur ſubiunctiua vocalis ι, & υ vt exemplis fiet manifeſtum.

I. Quæ eſt formatio neutrorum à maſculinis;

R. Mutanda eſt longa maſculini in breuem. Ita participia in ων & ως & nomina in ων mutant ω in ο.

ὁ λύων ſoluens, τὸ λῦον.

ὁ λελυκὼς qui ſoluit, τὸ λελυκὸς.

ὁ καὶ ἡ μείζων maior, καὶ τὸ μεῖζον maius.

Deinde nomina in ης & ην mutant η in ε.

ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς verus, καὶ τὸ ἀληθὲς verum.

ὁ τέρην, tener, τὸ τέρεν tenerum.

I. Adiectiua reliqua quomodo formant neutrum?

R. Omne maſculinum terminatum in σ vel abiicit σ, vel mutat illud in ν.

I. Quænam adiectiua abiiciunt σ?

R. Omnia nomina terminata in ις & υς;
vt ὁ καὶ ἡ εὔχαρις gratioſus, καὶ τὸ εὔχαρι.
ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, ſine lachrymis, καὶ τὸ ἄδακρυ.
ὁ δασὺς denſus, τὸ δασὺ denſum.

I. Quænam adiectiua mutant σ in ν.

R. 1. Nomina & participia in ας.
vt μέλας niger, τὸ μέλαν.
λύσας qui ſoluit, τὸ λῦσαν.

Secundò omnia in ος, nomina & participia.
ὁ ἀγαθὸς bonus τὸ ἀγαθὸν.

ὁ λυόμενος ſolutus τὸ λυόμενον.
Tertio participia in υς.
ὁ δεικνὺς oſtendens; τὸ δεικνυῦ.

OBSERVATIO.

Quatuor in ος abiiciunt ν ex neutro, ex ὲνο illud. ἄλλο, *aliud*, αὐτὸ *ipſum*; τοῦτο, *hoc*, & *eius compoſita* τοσοῦτο & *ſimilia*.

Obſerua 2, *contracta & monoſyllaba habent vltimam neutri longam, vt* φιλέον φιλοῦν *amans*, τιμάον τιμῶν, *honorans*, λῦσι *fut. 2. participij ſoluturum. Quibus adde monoſyllaba* πᾶς *omnis*, τὸ πᾶν.

DE ARTE DECLINANDI

ADIECTIVA.

Hic non explico modum declinandi adiectiui pariſyllabi; vt ἀγαθὸς, & *ſimilium: nam* ἀγαθὸς *declinatur vt* λόγος; ἀγαθὴ vt τιμὴ; ἀγαθὸν vt μῆλον. *De ſolis impariſyllabis hîc diſputatur.*

I. Quæ eſt ars declinandi adiectiua impariſyllaba?
R. formant genitiuum à neutro addita tantum communi terminatione ος.
ὁ τέρην tener, τὸ τέρεν, τοῦ τέρενος.
ὁ μέλας niger; τὸ μέλαν τοῦ μέλανος.
ὁ εὐδαίμων fœlix τὸ εὔδαιμον τοῦ εὐδαίμονος.

I. Participia eademne artè declinantur?

R. eadem planè ſed prætereà aſſumunt literam τ.
λύων ſoluens, τὸ λύον τοῦ λύοντος non λύονος.
λύσας qui ſoluit, τὸ λύσαν τοῦ λύσαντος.
διδοὺς dans, τὸ διδὸν τοῦ διδόντος.
δεικνὺς oſtendens, τὸ δεικνὺν, τοῦ δεικνύντος.

I. Nullane nomina aſſumunt literam τ vt participia?
R. Nomina adiectiua in οεις & ηεις & ιεις.

μελιτόεις melleus, μελιτόεν, τοῦ μελιτόεντος.
τιμήεις honoratus, τὸ τιμῆεν, τοῦ τιμήεντος.
χαρίεις gratioſus, τὸ χαρίεν, τοῦ χαρίεντος.
Et πᾶς omne, πᾶν, τοῦ πάντος.

I. Nullane ſubſtantiua imitantur hanc declinandi formam participiorum?
R. Aliqua, & 1. Terminata in εις.
Σιμόεις ſimois fluuius, τοῦ Σιμόεντος.
2. Maſculina impariſyllaba in ας.
γίγας, gigas, τοῦ γίγαντος. θόας τοῦ θόαντος.
3. Circumflexa in ων ſeruato ω.
ξενοφῶν τοῦ ξενοφῶντος.
4. His adde quatuor tantum nomina ſubſtantiua in ων.
θεράπων famulus, τοῦ θεράποντος.
Ita δράκων draco, λέων leo, γέρων ſenex.

I. Quid nomina in ης?
R. Formant genitiuum à neutro abiecta σ.
ὁ ἀληθὴς verus, τὸ ἀληθὲς τοῦ ἀληθέος.
I. Eſtne aliquid anomaliæ in aliis adiectiuis?

R. Terminata in ις & compoſita ſeruant modum declinandi ſui ſimplicis.

ἔχαρις gratioſus, τοῦ ἐχάριτος; quia ſimplex χάρις gratia, habet χάριτος.

Ita φιλόπατρις, τοῦ φιλοπάτριδος, amans patriæ.

Ita compoſita α ποὺς pes, τοῦ ποδός.

πολύπους multipes, τοῦ πολύποδος.

OBSERVATIO.

Miraris nihil dictum de fœmininis adiectiuis, nec dicendum fuit cum omnia declinentur pariſyllabè terminata in η, vt τιμή. In α vt μοῦσα. In α purum vt φιλία.

Hic poterit Præceptor adiectiua miſcere cum ſubſtantiuis, cum eadem ſit conſtructio, atque apud Latinos. Monendi tamen diſcipuli, non poni articulos cum adiectiuis. Per varia tamen adiectiuorum genera traducendi ſunt, & in omni caſu.

Bonus vir. ὁ ἀνὴρ ἀγαθός.

Gratioſos ſeruatores. τοὺς σωτῆρας χαρίεντας.

DE ADIECTIVORVM COMPARATIONE.

Adiectiua græca dupliciter comparantur, regulari comparatione, vel irregulari.

DE REGVLARI Comparatione.

I. Quæ eſt comparatio regularis?
R. Eſt ea quæ terminatur in τερος & τατος.
I. Qua arte formatur?
R. Variè ſecundum varias terminationes poſitiui.
I. Adiectiua in ος quomodo formant?
R. A nominatiuo abiecto σ & additis τερος, ταῖος.
σοφὸς ſapiens, σοφώτερος σοφώταῖος.

I. Cur mutaſti ο in ω in σοφώτερος.
R. Quia præcedens ſyllaba breuis eſt, quod faciendum ſemper quando præcedens breuis eſt.

Si verò longa fuerit remanet ο.
πρᾶος mitis, πραότερος, πραότατος.

I. Quid fiet ſi ſyllaba præcedens ſit communis.
R. vtramque formam poterit excipere ο vel ω.
ἴσος æqualis. ἰσότερος vel ἰσώτερος.

I. Adiectiua in ες quomodo formant.
R. Addendo tantum terminationes ad nominatiuum, ἁπλοῦς ſimplex ἁπλούστερος ἁπλούσταῖος.
Ita adiectiua in ων formant comparationem a nominatiuo plurali additis tantum terminationibus.
εὐδαίμων fœlix, εὐδαίμονες εὐδαιμονέστερος felicior. εὐδαιμονέστατος feliciſſimus.

Ita adiectiua in εις ablato iota & additis terminationibus.

tionibus. χαρίεις gratioſus. χαριέστερος χαριέστατος.

I. Superſunt adiectiua in ας in ης & in υς quid de illis ?

R. Formant illa comparationem à neutro additis terminationibus.

μέλας niger, τὸ μέλαν, μελάντερος μελάντατος.
ἀληθὴς verus. τὸ ἀληθὲς ἀληθέστερος ἀληθέστατος.
δασὺς denſus, τὸ δασὺ δασύτερος δασύτατος.

I. Nihil dictum de adiectiuis in ην.

R. De illis altum ſilentium apud Grammaticos.

Ego ſanè formarim à neutro vt μέλαν.
ὁ τέρην tener, τὸ τέρεν τερέντερος τερέντατος.
Niſi aliud ex probatis Autoribus afferatur.

DE IRREGVLARI

Comparatione.

I. Quæ eſt comparatio irregularis ?

R. Eſt ea cuius terminatio eſt ιων & ιστος.

I. Quorum eſt adiectiuorum ?

R. Terminatorum in υς & in ος non tamen omnium.

I. Quomodo formatur ?

R. Mutando terminationes maſculini in ιων & ιστος.

καλὸς pulcher, καλλίων, κάλλιστος.

ῥᾴως facilis, ῥάων, ῥᾷϛος, contractè.
pro ῥαΐος ῥαΐων ῥάϊϛος.
ἐχθρὸς Inimicus, ἐχθίων, ἔχθιϛος.

I. Eſtne eadem, formatio nominum in υς.

R. Eadem, tamen iſta formantur triplici modo.

1. Regulariter βατὺς profundus, βατύτερος, τατος.

2. Irregulariter, βατὺς, βατίων, βάτιϛος.

3. Modo ſibi proprio, extrito iota, & mutata conſona proxima in σσ duplex βατὺς βάσσων; ταχὺς, θάσσων, ἐλαχὺς ἐλάσσων.

I. Suntne tantum hæc irregularia?

R. Sunt anomalæ comparationis, quæ in vſu frequenti verſantur, vnde memoriæ mandanda.

ἀγαθὸς bonus, ἀμείνων melior.
βελτίων melior, βέλτιϛος optimus.

Ita ἀρείων ἄριϛος. κρείσσων κράτιϛος, λῴων λῷϛος.
κακὸς malus, κακώτερος, τατος. κακίων, κάκιϛος.
χείρων vel χειρότερον χείριϛος.
μικρὸς paruus, μικρότερος, τατος,
μείων vel ἥσσων.
μέγας magnus, μείζων, μέγιϛος.
πολὺς multus, πλείων πλεῖϛος,

I. Nullane alia ſunt in vſu apud Autores?

R. Apud Atticos multa in ιϛερος ιϛατος & in εϛερος εϛατος.

λαλὸς loquax, λαλίστερ☉, λαλίστατ☉.
ὀλίγ☉ paucus, ὀλιγίστερ☉ ὀλιγίστατ☉. Et ſimilia le-ctione obſeruanda.
ἄφθον☉ liberalis, ἀφθονέστερ☉ ἀφθονέστατος.
ἄκρατος non mixtus, ἀκρατέστερος ἀκρατέστατ☉.

I. fitne tantum comparatio in adiectiuis.
R. Fit etiam in ſubſtantiuis & in omni parte ora-tionis.
κλέπτης fur, κλέπτιστ☉ furaciſſimus.
κέρδ☉ lucrum, κερδίων κέρδιστ☉.
αὐτὸς ipſe, αὐτότατ☉, ipſiſſimus.
φέρω fero, φέρτερ☉ præſtantior, φέρτατ☉.
ἐῤῥωμέν☉ valens, ἐῤῥωμενέστερ☉ ἐῤῥωμενέστατ☉.
ἄνω ſupra, ἀνώτερος ἀνώτατ☉ ſupremus. Et ſimilia notanda apud Authores.

I. Habeſne aliud de comparatis?
R. Formari adhuc aliqua comparata per ſynco-pem.
φίλ☉ amicus, φιλώτερ☉ φιλώτατ☉.
Et ſyncopè φίλτερος φίλτατ☉.
παλαιὸς antiquus παλαιότερ☉ παλαιότατ☉.
Et ſyncopè παλαίτερ☉ παλαίτατος.
πορφύρε☉ purpureus, πορφυρώτερ☉ πορφυρώτατ☉, ablato ε poſitiui.

PRAXIS COMPARATIONIS.

Mitiſſimum animal.	τὸ ζῶον πρᾳότατον.
Gemma ſpendidior.	ἡ λίθ☉ λαμπροτέρα.

ἡ παρθένος ἁγιοτάτη. *Virgo ſanctiſſima.*

DE ANOMALIS.

I. Quid eſt anomalia?
R. Eſt receſſus à regula communi.
I. Quotuplex eſt anomalia in nominibus?
R. Duplex, alia generis, alia declinationis.

DE ANOMALIA Generis.

I. Quæ eſt Anomalia generis?
R. Eſt ea, qua contra communem Regulam, aliqua nomina ſunt alterius generis in Duali vel Plurali, quam in Singulari, vt ὁ καὶ ἡ τάρταρος tartarus; in Plurali τὰ τάρταρα; ita ζυγός iugum, δίφρος biga, ἐρημός eremus, μόχλος vectis, σταθμὸς ſtatio τράχηλος collum, σῖτος è frumento cibus, τὰ ζύγα, δίφρα & ita de aliis.

OBSERVATIO.

Anomala dici non debent quæ ex duplici nominatiuo ſingulari duplicem ſortiuntur pluralem, quia à maſculino ſingulari fit maſculinum plurale; à neutro ſingulari neutrum plurale.
ὁ δεσμὸς *vinculum*, οἱ δεσμοί.
τὸ δεσμὸν *vinculum*, τὰ δεσμά.

ὁ κύκλος *circulus*, οἱ κύκλοι, *& ab inuſitato*, κύκλον, τὰ κύκλα.

ἡ κέλευθος *via* οἱ κέλευθοι *&* τὰ κέλευθα.

λύχνος *lucerna* λύχνοι *&* λύχνα.

OBSERVATIO II.

Nec alterius generis dicenda ſunt in duali, χεῖρε *manus duæ.* γυναῖκε *mulieres duæ.* ὁδὰ *via duæ.* πόλεε *ciuitates duæ*, *& ſimilia iuncta cum articulo* τὼ: *nam Atticorum proprium eſt vti adiectiuis quibuſdam maſculinis ad vtrumque genus, maſculinum & fœmininum; quod videntur extendiſſe ad articulum, vt in plurimis exemplis probare licet;* τὼ φύσει, τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα *ita Euripides dixit* τοῦ δόξης. *Syneſius* τοῦ συμφορᾶς; *Sophocles.* τοῦ σάλπιγγος.

DE ANOMALIS

Declinatione.

I. Quæ ſunt anomala declinatione?

R. Sunt ea quæ contra Regulas communes aliter in duali vel plurali declinantur. Vt omnia terminata in ω. Ita μιμὼ ſimia, & ſimilia nomina declinantur impariſyllabè in ſingulari: at in duali & plurali declinantur pariſyllabè maſculinè τὼ μιμὼ τοῖν μιμοῖν, αἱ μιμοί.

I. Suntne ea tantum anomala declinatione?

R. Anomala etiam cenſentur quæ declinantur ex

Regulis antiquati nominatiui.

I. Da exempla.

R. Vt res fiat dilucidior vtrumque nominatiuum propono, antiquatum & receptum in vſu.

Antiquatum.	*Receptum.*	*Genitiuus quaſi ab* ας
ἧπας,	ἧπαρ	ἥπατος non ἥπαρος.
δέλεας eſca.	δέλεαρ	δελέατος.
φρέας puteus,	φρέαρ	φρέατος.
ςέας adeps,	ςέαρ	ςέατος.
ὕδας aqua,	ὕδωρ	ὕδατος.
σκὰς ſtercus,	σκὼρ	σκατὸς
ὧς auris,	οὖς	ὤτος
γυύαξ mulier,	γυνὴ	γυναικὸς
δὶς Iuppiter.	ζεὺς	διὸς.

OBSERVATIO.

In anomalorum catalogo non repono ea, quæ opulentiam linguæ magis, quam anomaliam exponunt: cuiuſmodi ſunt ea quæ multiplicis ſunt nominatiui, & declinationis: nam μωῦσῆς *vel* μωσῆς *declinatur regulariter vt* χρύσης, *&* μωῦσεὺς *vel* μωσεὺς *vt* βασιλεύς. *Ita filius dicitur* υἱὸς *declinandum vt* λόγος: ς: υἷις *vt* ὄφις: υἱεὸς *vt* βασιλεὺς. *Quid eſt ibi anomalia. Ita haſta* δόρυ, *vt* γόνυ; *vel* δόρας *vt* γῆρας; *vel* δόρος *vt* τεῖχος.

Nec etiam ea quæ ſub eodem nominatiuo declinari poſſunt pariſyllabè & impariſyllabè.

Vt νοῦς *mens, vel pariſyllabè* νοῦ, νῷ, *vel impariſyllabè*

νοὸς, νοῖ. Ita δίπυς δίπυ, vel δίποδος bipes : λᾶας lapis, vel λάυ vel λάα⊕ : dicitur & λᾶς, λαὸς.

Ita plurima in ως declinantur pariſyllabè attico more ὁ ἔρως amor, τῦ ἔρω vel impariſyllabè communiter τῦ ἔρωτος.

ὁ γέλως riſus, τῦ γέλω vel γέλωτ⊕.

ὁ μίνως τῦ μίνω, vel μίνω⊕.

Ita plurima in ης.

Vt δάρης dares, τῦ δάρυ pariſyllabè vel δάρητ⊕ impariſyllabè.

Eodem modo, θάλης Thales, λάχης laches, χρέμης chremes, μύκυς fungus, ἄρης mars, ἄρυ, ἄρητ⊕, ἄρε⊕.

I. Eſtne alia anomalia declinationis ?

R. Eſt in quibuſdam dumtaxat caſibus aliquorum nominum.

Ita nomina propria in ης impariſyllaba habent accuſatiuum ſingularem & pluralem pariſyllabum & impariſyllabum.

ἀριστοφάνης τὸν ἀριστοφάνην, vel *ἀριστοφάνης τῦς ἀριστοφάνεις*, vel *ἀριστοφάνας*, *ἡ χεὶρ* manus, genitiuo duali, *ταῖν χεροῖν* Dat. plur. *ταῖς χερσὶ* à genitiuo Poëtico *χερὸς*.

I. Nullane ſunt indeclinabilia ?

R. Plurima, & 1. Omnia quæ per apocopem decurtantur ; vt *δῶ* pro *δῶμα* domus *κάρα* pro *κάρηνον* caput, & ſimilia.

2. Quæ Poëtæ augent ſyllaba *φι* vt *νευρὰ* neruus, inde *νευρῆφι*, *ὀστέον*, *ος* ; inde *ὀστεόφι*, & ſimilia.

3. Aliqua carent Plurali, vt propria ; aliqua ſin-

gulari, & feſtorum nomina Διονύσια liberalia & ſimilia.

Alia declinantur tantum in quibuſdam caſibus.

Vt ἀλλήλων; datiuo ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, ἀλλήλας, ἄλληλα: reperitur etiam in duali ἀλλήλοιν ἀλλήλαιν, ἀλλήλοιν.

Ita φθοῖς pro οἱ φθόϊες & pro φθοΐας quaſi à nomine φθόϊς placentæ genus, vſitatum in nominatiuo & accuſatiuo plurali tantum.

4. Plurima, vt τὸ δέμας corpus, τὸ σέλας fulgor, τὸ λέπας rupes, τὸ βρέτας ſimulacra, τὸ ἦδος ſuauitas, τὸ ὄφελος vtilitas, τὸ ὄναρ ſomnium.

De Poëtica libertate alibi dicendi erit locus, ſicut & de dialectis, quæ anomaliam inuehunt in linguam communem.

I. Omnia quæ declinantur, an pertinent ad declinationes pariſyllabam, vel impariſyllabam?

R. Non: nam quædam ſunt, ſed pauca, quæ anomalè declinantur.

I. Quæ?

R Diminutiua flexa in ῦς, quæ delinantur ablato ς à nominatiuo.

Vt Διονῦς dionyſiolus, τοῦ Διονῦ, τῷ Διονῦ τὸν Διονῦν.

Ita καμῦς camillus, κλαυδοῦς Claudiolus & ſimilia.

Ita venerabile nomen Ἰησοῦς Ieſus, τοῦ Ἰησοῦ τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν.

Hæc anomala maximè, quia carent iota in vltima

tima ſyllaba datiui, nullaſque terminationes regulares caſuum ſeruant.

DE PRONOMINE.

I. Quid eſt Pronomen?
R. Quod ponitur loco nominis?
I. Quotuplex eſt Pronomen græcum?
R. Sextuplex. Primitiuum, deriuatiuum, demonſtratiuum, relatiuum, reciprocum, & infinitum.

DE PRIMITIVIS.

I. Quot ſunt primitiua pronomina?
R. Tria, ἐγὼ ego, σὺ tu; οὗ ſui.

I. Declina.

R. ἐγὼ ego,	σὺ tu,	οὗ ſui,
ἐμοῦ vel μοῦ,	σοῦ tui,	οἷ ſibi,
ἐμοὶ vel μοὶ,	σοὶ tibi,	ἕ ſe.
ἐμὲ vel μὲ.	σὲ te.	

OBSERVATIO.

Hæc tria eodem planè modo declinantur, nec differunt niſi prima conſona μ, σ, οὗ, σοῦ, μοῦ, *& ita in aliis caſibus.*

D	D	D
νῶ nos duo.	σφῶ vos duo.	σφὲ ipſi duo.
νῷν	σφῷν	σφὶν

P	P	P
ἡμεῖς nos.	ὑμεῖς vos.	σφεῖς ipſi omni gen.
ἡμῶν	ὑμῶν	σφῶν
ἡμῖν	ὑμῖν	σφισὶ
ἡμᾶς	ὑμᾶς	σφᾶς

Pluralia duo non differunt niſi prima vocali η & υ, nec ſpiritu, nec accentu, nec aliis.

DE DERIVATIVIS.

I. Quot ſunt deriuatiua?

R. Octo à primitiuorum caſibus variis formata quæ poſſeſſiua dicuntur.

I. Explica.

R. 1. A genitiuis primitiuorum ſingularibus formatur tria.

Ab ἐμοῦ;	ἐμὸς,	ἐμὴ,	ἐμὸν, meus mea meum.
ab σοῦ;	σὸς,	σὴ,	σὸν, tuus tua tuum.
ab οὗ;	ὅς,	ἥ,	ὅν, ſuus ſua ſuum.

2. A genitiuis dualibus formantur duo.

A νῶιν, νῷν, νωΐτερος, νωΐτερα νωΐτερον.
noſter, noſtra, noſtrum, de duobus.
A σφῶιν σφῷν, σφωΐτερος σφωΐτερα σφωΐτερον.
Veſter veſtra, veſtrum, de duobus.

3. A genitiuis pluralibus formantur tria.
Ab ἡμῶν, ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτερον.
Noſter noſtra noſtrum de pluribus quam duobus.
Ab ὑμῶν, ὑμέτερος, ὑμετέρα, ὑμέτερον.
Veſter, veſtra, veſtrum, de pluribus quam duobus.
A σφῶν, σφέτερος, σφετέρα σφέτερον.
Suus, ſua, ſuum, de pluribus.

I. Hæc quomodo declinantur?
R. Hæc omnia declinantur pariſyllabè maſculinè vt λόγος, fœmininè vt τιμὴ vel ἡμέρα.

DE DEMONSTRATIVIS.

I. Quot ſunt demonſtratiua Pronomina?
R. Duo, οὗτος hic, ἐκεῖνος ille.

I. Quomodo declinatur, οὗτος hic?
R. Aſſumendo τ initio in in omni caſu, excepto nominatiuo ſingulari & plurali.
I. Declina.

R. οὗτος,	αὕτη	τοῦτο	Sine ν hic hæc hoc.
τούτου,	ταύτης	τούτου	
τούτῳ,	ταύτῃ	τούτῳ	& ita de aliis.
τοῦτον,	ταύτην	τοῦτο	

Plurali	οὗτοι	αὗται	ταῦτα.
	τούτων.		
	τούτοις	ταύταις	τούτοις.
	τούτους	ταύτας	ταῦτα.

I. Declina, ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο.
R. Declinatur regulariter maſculinè & fœmininè, in omni caſu, niſi quod in neutro caret in ν in ſingulari.

DE RELATIVO.

I. Quotuplex eſt relatiuum?
R. Vnicum αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, ipſe ipſa ipſum.
Neutrum ſine ν vt ἐκεῖνο τοῦτο.
I. Declina.
R. Declinandum regulariter pariſyllabè vt ἀγαθὸς, ἀγαθὴ, ἀγαθὸν, bonus, bona, bonum.
αὐτὸς αὐτὴ αὐτὸ
αὐτοῦ αὐτῆς αὐτοῦ, & ita de aliis.

DE RECIPROCIS.

I. Quot ſunt reciproca?
R. Tria compoſita ex primitiuis & ex Rela-

ἐμαυτοῦ,	ἐμαυτῆς,	ἐμαυτοῦ,	mei ip ſius.
σεαυτοῦ,	σεαυτῆς,	σεαυτοῦ,	tui ipſius,
ἑαυτοῦ,	ἑαυτῆς,	ἑαυτοῦ;	ſui ipſius,

Declinantur in ſolo ſingulari duo priora, tertium etiam in plurali.

ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυταῖς, ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς, ἑαυτὰς, ἑαυτά.

DE INFINITO.

I. Quod eſt Pronomen indefinitum ?

R. vnicum δεῖνα ſignificans, quidam quod Galliće dicitur *vn quidam*, neſcio quis.

I. Quomodo declinatur ?

R. Eſt indeclinabile, in omni caſu δεῖνα, vel declinatur impariſyllabè in genitiuo & datiuo tantum ὁ δεῖνα quidam accuſatiuo τὸν δεῖνα quemdam genitiuo τοῦ δεῖνατος vel δεῖνος, cuiuſdam : Dati. τῷ δείνατι, vel δεῖνι, cuidam

Digitized by Google